CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

NICEPHORUS GREGORAS.

VOLUMEN III.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI.

MDCCCLV.

NICEPHORI GREGORAE

HISTORIAE BYZANTINAE

LIBRI POSTREMI

AB

IMMANUELE BEKKERO

NUNC PRIMUM EDITI.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCLV.

PRAEFATIO.

Quae nunc primum ex bibliothecarum latebris prodit, operis Nicephorei pars postrema satis diu manum quaesivit liberalem, qua ab oblivione vindicaretur. promiserat eam manum Boivinus, porrexit academia Berolinensis, cuius cura sumptuque factum est ut libri duo, vicesimi quintus et sextus cum quarto dimidiato, ex codice Vaticano (1095) describerentur, reliqui ex Parisiensibus Regiis (1276 et 3075), illi ab Henrico Brunno, hi a Wladimiro Bruneto, doctis hominibus ac negotium suum fideliter exsecutis. codex Vaticanus chartaceus esse perhibetur, seculo scriptus decimo quarto vel quinto, manibus pluribus, modo diligenter modo secus. de Parisiensi priore scitum est quod tradit Brunetus.

> Les livres historiques 28 et 29 et les dogmatiques 1, 3 et 4 sont d'une écriture rapide, correcte, mais peu régulière et souvent difficile à lire. Ce n'est certainement pas l'écriture d'un calligraphe de profession, et

si l'on ne devait se tenir en garde contre une erreur à laquelle on est trop souvent porté, on pourrait supposer que ce MS. est un autographe de Grégoras. Dumoins il parait probable qu'il fut exécuté sous ses yeux, à cause des additions et des corrections que l'on y remarque. Ainsi le feuillet 121 est écrit de la même main, mais en caractères beaucoup plus gros et plus espacés, et parait avoir été intercalé pour rétablir un passage oublié. à la dernière ligne du fol. 120 verso il y a quelques mots effacés qui me paraissent être *καὶ περὶ μὲν τούτων αὐτὸς ἂν*, lesquels se retrouvent à la fin du feuillet 121 verso.

Le feuillet 125 est d'une écriture différente, mais parait avoir été ajouté par la personne même qui a écrit le reste du MS. Car les mots *αἰδοῖ τοῦ κήδου*, qui commençaient le fol. 126, ont été effacés et écrits après coup au bas du fol. 124 verso d'une écriture semblable au reste du MS. ainsi que les mots *ἀλλὰ λεκτέον ἡ. ἐ. β. καὶ ὅ. τ. σ.* Par ce moyen on a pu insérer le feuillet 125, qui contient des détails sur les démarches du patriarche Philothée.

Le revers du feuillet 128 à été barré en entier. il contenait le récit qui se retrouve plus loin (f. 130 verso) et qui commence par *ἀφίκετό τις ἐκλ.* A la marge de cette page est écrit en rouge *λήθη γέγονεν ἐνταῦθα*, puis viennent deux feuillets coupés à la marge intérieure et qui ne portent pas de pagination.

Mais ce qui semblerait surtout indiquer une révision du texte par l'auteur, ce sont les additions et les surcharges que l'on remarque aux feuillets 156 et 157 et dont l'intention est d'atténuer ce que la première rédaction avait de trop acerbe à l'égard de Cantacuzène. On a ajouté à son nom le titre d'Empereur et, au moyen d'une courte addition, des argumens qui étaient d'abord dans sa bouche passent dans celles des moines qui l'entourent, auxquels alors s'adressent la réplique et les reproches de Grégoras.

Alterum codicem Parisiensem priori supplendo comperimus a Friderico Rostgaardio esse ex Vaticano exscriptum, missumque Parisios tali propemptico.

Ad librum

duplex dodecastichon Friderici Rostgaard.

Parve liber, propera dominam pertingere ad urbem,
Quam rex Europae terror amorque fovet.
Inde verecundus te sacras confer in aedes
Quas late Augusti bibliotheca replet.
Par tibi continuo praesto est insigne virorum,
Ille meus Clemens Boivinusque meus.
Alteruter te deducet; vel forsan uterque:
Comis enim tota est natio Francigenum:
Et te Tellerio sistet. tu tempora fandi
Expecta, et venia dissere pauca data.
Dic a quo missus venias, et quam memor usque
Mittens Tellerii nomina sancta colat.
Nempe iubente illo cuncti patuere recessus
Dum tua me, dives Sequana, ripa tenet,
Utiliusque datum est regalia tecta subire
Millenosque libris invigilasse dies.
Dic pro tot meritis, qua late extenditur orbis,
Tellerii laudes me praeeunte cani,
Quaeque meae renuunt tenues persolvere vires,
Pro me Musarum reddere velle chorum.
Unum hoc adde, liber, non te pro munere mitti,
Sed fidi pignus cordis et obsequii.
Et dabitur forsan, si crederis utilis ulli,
Augusti in forulis ut potiare loco.

Scriptum Romae a. d. XXII Maii MDCXCIX.

Versionem Latinam inter se partiti sunt adolescentes tres, seminariorum Berolinensis et Bonnensis alumni. itaque libros 24 25 26 interpretatus est Guilelmus Kundt Marchicus, 27 ad 37 sive 38 Iosephus Reisacker Düsseldorpiensis et Nathan Rosenstein Dantiscanus.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΪΚΗ ΙΣΤΟΡΙΑ.

ΝΙΚΗΦΟ̊ΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΥ ΚΔ ΤΟ ΤΕΛΟΣ.

Ἤδη δὲ τοῦ φθινοπώρου λήγοντος, καὶ τῆς ἑορτῆς ἐπιστάσης Fol. cod. Vat. 95 a. ἣ τοῖς ἐμοῖς δεσμοφύλαξιν ἐτήσιος τῇ πανάγνῳ τελεῖται μητρὶ τοῦ θεοῦ, 8 καὶ μὲν δὴ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν ἀνδρῶν ἀναμὶξ εἰσιόντων ἅμα καὶ ἐξιόντων ἐς τὸ ἱερόν, ἔλαθέ τις τῶν οὐκ ἀγενῶν καὶ " πάλαι φοιτητῶν καὶ ἐς τὰ μάλιστα φί- fol. 95 b. λων ἐμοὶ περὶ δευτέραν ἤδη φυλακὴν τῆς νυκτὸς διὰ θυρίδος τινὸς εἰς τὴν ἐμὴν παρεισρυεὶς οἰκίαν· ἔτυχε γάρ πως κἀκείνην ἀσέληνον εἶναι τὴν νύκτα, ἅτε καθ' ἓν ζώδιον, δη-

NICEPHORI GREGORAE

HISTORIAE BYZANTINAE

LIBRI XXII

FINIS.

Exeunte iam auctumno quum instante festo, quod a meis custodibus quotannis castissimae celebratur matri dei, turba hominum omnis generis promiscue intraret templum atque egrederetur, vir nobilis quidam, qui quondam meus fuerat discipulus mihique maxime familiaris, clam secunda iam noctis vigilia per fenestram quandam in meam irrepsit domum. evenit enim forte ut illa nox esset illunis, quod in uno zodiaci signo, sagittario, utrumque lumen tum versabatur et vix

λαδὴ τὸν τοξότην, τῶν δυοῖν διατριβόντων φωστήρων τηνικαῦτα, καὶ μόλις που πεντεκαίδεκα μοίρας ἀφισταμένων ἀλλήλων, μετὰ σύνοδον ἤδη τῆς σελήνης φευγούσης τὸν ἥλιον, καὶ μήπω μηδ' αὐτῆς μηδ' ἐπὶ βραχὺ δυναμένης βραχείας γοῦν τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ χορηγεῖν τῶν οἰκείων αὐγῶν τὰς λαμπάδας. ἐγὼ γοῦν ἀήθους καὶ ξένου τινὸς αἰσθόμενος ἐντεῦθεν πατάγου τὰ μὲν πρῶτα διὰ τὴν ἀωρίαν ἐξεπεπλήγμην· εἶτα φωτὸς κομισθέντος καὶ ἰδὼν οὐδ' οὕτως οὐδέπω τῶν γνωρίμων ἐντὸς ἐνόμιζον εἶναι τινά, μακρῶν διὰ τὴν ἐκδημίαν ἤδη που παραρρυέντων ἐτῶν, καὶ αὐτὰ σχεδὸν τῶν χαρακτήρων τῆς ὄψεως αὐτοῦ τὰ σημεῖα τῆς ἐμῆς ἀφῃρημένων μνήμης. ἀλλ' ἐκεῖνος ἐπεί τε ἴδοι καὶ ἀναγνοίη βεβαίως ἐμέ, βύθιόν τι καὶ σφόδρα περιπαθὲς ἀνῴμωξεν, οἷον ἄθρουν τινὰ καὶ ὁμιχλώδη καπνὸν καμιναίας αἰθάλης τῆς ἔνδον ἐπιεικῶς ὀδυνωμένης ψυχῆς ἀναπέμπων τοῦ στόματος· καὶ ἅμα περιχυθεὶς καὶ περιβαλών με οὐκέθ' ἑαυτὸν τοῦ δακρύειν κατέχειν ἐδύνατο, οὐδ' ἀπάγειν ῥᾳδίως ἐκεῖνα δήπου λέγειν ὅσα γνώμη δίδωσιν ἐκ λύπης καὶ χαρᾶς ἀνακεραννυμένη καὶ ζυγομαχοῦσα καί πως μεταχρωννυμένη τὴν τῆς ἕξεως βαφὴν τῆς ψυχῆς. ἔπειτ' ἀνασχὼν εἰς ὕψος τὰς χεῖρας "εὐχαριστῶ σοι, πάντων" ἔλεγε "θεός, ὅτι με, πρὶν ἢ θανεῖν, θεατὴν ἐδεδώκεις γενέσθαι τοῦ ποθουμένου, ὃν ἐγὼ μέχρι καὶ ἐς τόδε τῶν ἐν βίῳ πάντων ἡδέων ἐπίπροσθεν διετετε-

quindecim fere partibus alterum ab altero distabat luna post congressum iam solem fugiente, ita ut ipsa ne in breve quidem tempus vel exigua nostram terram luce collustrare posset. ego autem quum nocte intempesta novum atque insolitum sentirem strepitum, primum quidem metu perterritus eram; deinde vero lumine allato quum iam cernere oculis possem, nequaquam notum quendam mihi hominem intus esse putabam. multos enim iam annos ille peregrinatus fuerat, ita ut temporis longinquitate signa atque lineamenta oris eius ex mea memoria fere excidissent. ille autem quum me videret atque plane agnosceret, vehementer commotus ab imo pectore suspirium eduxit, et veluti densum atque nebulosum fumum et fuliginem fornacalem animi intus summo dolore aestuantis ex ore exhalavit, meque circumdatis collo brachiis amplexatus a lacrimis sibi temperare non potuit, neque sane se tenere quominus diceret, quae sensus maerore atque laetitia commixtus, quum secum ipse conflictatur animumque quasi alio colore imbuit, nobis suggerere atque iniicere solet. deinde autem manibus sublatis, gratis tibi ago, inquit, deus omnipotens, quod ante mortem optatissimi mihi hominis adspectu frui permisisti, quem ego adhuc us-

λέκειν ποιούμενος· ὡς νῦν γε καὶ τῷ τῆς ἡδονῆς ὑπερβάλλοντι κινδυνεύω δοκεῖν ἐκλαθέσθαι πως καὶ ἐμαυτοῦ, μηδ' ἀκριβῶς εἰδέναι εἴτε καθεύδοντος τὸ τοσοῦτον χρῆμα τῆς ἡδονῆς περιγίνεται, εἴτε ἐγρηγορότι. οὕτω μοι σφοδρὸν τὸ πάθος καὶ ἐπιεικῶς ἄτοπον ἐνέστακται τῇ ψυχῇ, καί μοι μακρῷ τινι βέλτιον εἶναι δοκεῖ, πάσας τὰς τέως μακρὰς περιόδους γῆς καὶ θαλάττης ἀφεμένῳ, καὶ τὰς οὕτως ἀτεκμάρτους πλάνας τοῦ βίου, αἵ με μακροῦ τινὸς περιαντλοῦσι χρόνου μόχθοις ἀνηνύτοις λατρεύοντα, νῦν ἐνταυθοῖ, σεβασμία μοι κεφαλή, παρὰ τοὺς πόδας τοὺς σοὺς τὸν ταλαίπωρον κάμψειν βίον." πολλά τε οὖν ἐκείνου τοιοῦτα λέγοντος, καὶ ἅμα δακρύων ἀναρρηγνύντος ἐξ ὀφθαλμῶν ῥύακας, ἀτενέστερον κἀγὼ τὰς ὄψεις ἀπερεισάμενος ἐς αὐτόν, ἠρέμα καὶ κατ' ὀλίγον ἀναγνωρισμάτων ἴχνη τινὰ συνέλεγον ἤδη καὶ αὐτὸς εἰς τὴν ἐμαυτοῦ διάνοιαν, ὥστε καὶ τελέως ὅστις εἴη ἀναγνοὺς ὀψὲ δακρύων καὶ αὐτὸς ἐπεπλήσμην τοὺς ὀφθαλμούς, ξυμμιγῇ πως τῷ λυποῦντι τὴν τέρψιν καρπούμενος· φιλεῖ γὰρ κἀκ τῆς ἡδονῆς ἐνίοτε θερμὸν ἀναρρήγνυσθαι δάκρυον, τοῦ τῆς ἀθυμίας καπνοῦ διαλυομένου τε καὶ ὠθουμένου τῇ τῆς ἐναντίας ἕξεως ἀντιπαθείᾳ, καθάπερ διὰ σωλήνων τῶν ὄψεων f. 96 a τῆς φύσεως τὴν ἅλμην κενούσης τῆς λύπης, καὶ τὸ βάρος ἀποτιναττομένης ἐκεῖνο καθάπερ τινὰς νόθους καὶ παρεγγράπτους κῆρας καὶ νόσημα ἔπηλυ λογισμῶν. ἣν γε μὴν

que omnibus, quae sunt in vita dulcia, semper potiorem habui, adeo ut nunc prae nimia atque immodica voluptate mei ipsius prope oblitus esse videar, neque satis certo sciam num dormiens an vigilans immensa hac voluptate perfundar. tam vehemens enim tamque prorsus insolita commotio invasit animum, ut multo mihi melius videatur omnibus illis longis terrae marisque itineribus et tam incertis vitae erroribus omissis, qui me longum per tempus molestiis perpetuis obruerunt, nunc hic, o venerandum mihi caput, ad pedes tuos miseram finire vitam.“ multa igitur eiusmodi quum ille magna lacrimarum vi ex oculis prorumpente diceret, ego quoque attentius in eum oculis defixis sensim paulatimque notarum, quibus eum agnoscerem, vestigia quaedam in animo colligebam, et posteaquam plane, quinam esset, tandem cognovi, etiam ipse lacrimis implebar oblectatione affectus maerore temperato. solet enim etiam ex voluptate interdum flagrans erumpere lacrima, quum contraria animi affectionis vi aegritudinem dissipante atque propulsante natura quasi per foramina oculorum tristitiae salsuginem exhauriat et grave hoc onus tanquam nothas atque perniciales pestes, quae irrepserint, morbumque animi adventicium et

τῶν Καλλιστράτου παίδων ὁ πρεσβύτερος· Ἀγαθάγγελος ὄνομα τἀνδρί. χρόνῳ γε μὴν ἑαυτοὺς ἀνειληφότες ἑκάτεροι, ἑκατέροις τῶν οἰκείων ἐχρώμεθα διδασκάλοις διηγημάτων, τά τε ἄλλα καὶ ὅσας τῶν ἀδήλων συμπτωμάτων αἱ τύχαι κεκομίκασι τῇ γε τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ καὶ ἅμα τοῖς πολιτικοῖς πράγμασι τὰς συμφοράς, τοῦ θεοῦ συγκεχωρηκότος διὰ τὴν τῶν πατρίων τῆς εὐσεβείας δογμάτων ἀθέτησιν, ἣν οὐδὲ σὲ λεληθέναι δοκεῖ μοι, ἔγωγε ἔφασκον· ἔτι γὰρ ἐνταυθοῖ παρεῖναί σε μέμνημαι, καὶ εἰδέναι σαφῶς Παλαμᾶν κύοντα μὲν ἔτ' ἐν γαστρὶ μοχθηρά, καὶ ὠδίνοντα τὰ τῆς πολυθεΐας ἅμα καὶ ἀθεΐας δόγματα, ἔστι δ' οὗ καὶ ἐξερευγόμενον ταῦτά τε καὶ ὅσα τοῖς πάλαι σποράδην καὶ κατὰ διαφόρους τοὺς χρόνους αἱρέσεως εὕρηται πολυειδῆ κακίας ὑπομνήματα. ἃ καὶ μικρὸν ὕστερον γεγέννηκέ τε ἐς προὖπτον καὶ ἔθρεψε, μαιευσαμένων τῶν τηνικαῦτα δυναμένων ἄγειν καὶ φέρειν τὰ πράγματα. διὸ καὶ καθῄρηται μὲν τὸ μέγα καὶ περιβόητον τέμενος, συγκαθῄρηται δ' ἅμα αὐτῷ καὶ τὸ θεῖον ἐκεῖνο θυσιαστήριον, τοῦ θεοῦ ζωγραφοῦντος ἐν αὐτοῖς τὴν ὀργὴν ἣν διὰ τὸ τῆς ἀσεβείας ταύτης ἔσχεν ἀθέμιτον. ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν καλὸν ποιεῖν προϊοῦσιν ἀπῆν, τὸ δὲ κακὸν ἀπεῖναι οὐκ ἦν, ἀνατρέπεται καὶ συγχεῖται διηνεκῶς τὰ Ῥωμαίων ὁρῶν πράγματα, καὶ τὸ νενόμενον τῆς θείας ὀργῆς οὐκ ἔγνωκεν ἀπρα-

alienum abiiciat. affuit autem Agathangelus, Callistrati filiorum maior natu. quum vero uterque tempore animum recepisset, alter cum altero suas narrationes communicabat quum de aliis rebus tum maxime de calamitatibus, quas fortuna incertis casibus dei ecclesiae rebusque publicis inflixisset, deo eas admittente ob eversionem patriorum religionis dogmatum, quam ne tibi quidem, inquam ego, ignotam esse arbitror. memini enim te tunc temporis affuisse et accurate Palamam cognovisse, quum praegnans iste rebus calamitosis dogmata polytheismi simulque atheismi parturiret, interdum vero etiam non solum haec eructaret, sed etiam multiformes atque varias improbitates, quae passim atque diversis temporibus a veteribus haereticis inventae atque memoratae sunt. haud ita multo post ea peperit atque in lucem produxit obsecundantibus iis, qui tunc suo arbitrio omnia moderari poterant. quare eversum est maximum atque celeberrimum templum, eversum est sacrum illud altare deo iram suam in hisce rebus adumbrante, quam ob nefariam hanc impietatem concepit. quum autem iis iam procedente tempore honeste agere non liceret, sed improba facinora non possent non edere, factum est ut perpetuo res Romana diriperetur et conturbaretur, neque unquam dei ira usque progrediens quiescere in

κτεῖν οὐδαμῇ. διὰ δὴ ταῦτα καὶ δέσμιοι τήμερον ἡμεῖς, ἀνθιστάμενοι τῇ ῥύμῃ τῆς ἀσεβείας, ὅσον ἐφικτόν.

Ταῦτα τοίνυν καὶ τὰ τοιαῦτα διεξεληλυθότων ἡμῶν, 4
ἔπειτ' ἐκείνου πυθέσθαι τῆς ἐγγὺς εἰκοσαετοῦς ἐκδημίας τὸν τρόπον ἐζήτουν ἐγώ, ὅπως τε ἔσχε καὶ ὅπως αὐτὸς ἐβίω, καὶ ὅπῃ τὴν δίαιταν ὁ μεταξὺ καὶ οἵαν αὐτῷ παρέσχετο χρόνος. οἶσθα γάρ, ἔλεγον, ὡς ἱστορίας ἐμοὶ συγγράφοντι βίβλους μακρά τις οὖσα τυγχάνει καὶ μάλα πεφροντισμένη σπουδή, πεῖραν ξυνειλοχέναι παντοίων πραγμάτων, ὅσην ὅ τε χρόνος ἡμῖν ἀκριβέστερον σκοπουμένοις ἀεὶ παρέχεται, καὶ ὅση ἐκ τῆς τῶν ἄλλοθεν ἄλλοτ' ἄλλως ἡμῖν ὁμιλίας εἵνεκα προσιόντων ἀσχολίας ἀεὶ περιγίνεται, διηγήματα προτιθείσης ὅσα τ' ἐξ ἀκοῆς καὶ ὅσα δι' ὄψεων παρειληφὼς τῷ φανταστικῷ τῆς ψυχῆς ἐνετύπωσεν ἕκαστος πίνακι. ὑπερφυῶς γὰρ καὶ Διογένης ἐκεῖνος ὁ κυνικὸς εἰρηκέναι δοκεῖ μοι, σχολαζόντων ἀσχολίαν ὧν ἄν τις ἐφίεται λίαν πραγμάτων τοὺς ἔρωτας εἶναι· μικρὰ γὰρ ἢ οὐδὲν τῶν ἔξω θορύβων ἀνθέλκειν ἐχόντων, σχολῇ γ' ἂν ἄλλως φανείη τὸ κινούμενον ἀπρακτοῦν τῆς ψυχῆς. ἐμοὶ δ' ἣν τῶν ἔξω θεάτρων σχολὴν ὁ τῶν ἐμῶν Προμηθεὺς παρέσχετο λόγων, διπλοῦ καὶ τριπλοῦ τινὸς ἔρωτος ἀσχολίαν ὅπως ποτ' ἐξεγένετο δρᾶν, νῦν μὲν τοῖς ἀεὶ προσιοῦσιν ἄλλοτ' ἄλλοις, ὁπόσα τῷ καιρῷ καὶ τῇ χρείᾳ προσήκειν δοκεῖ, " διὰ γλώττης οὐ μάλα ὀκνεῖν ὁμιλοῦντι, νῦν δὲ f. 96 b

animum induceret. quare etiam nos in vinculis hodie sumus, quod, quantum fieri potuit, irruenti impietati restitimus."

Haec atque alia eiusmodi quum nos locuti essemus, de peregrinatione, quae per viginti fere annos duraverat, ex eo quaerere tentabam, quomodo sese habuisset, qualem vitam ipse degisset, ubi commoratus esset, qualis sedes fuisset, quae ei per id tempus contigisset. „scis enim, inquam, mihi historiae libros conscribenti quam maxime curae cordique esse variarum rerum usum colligere, qui et tempore nobis res accuratius pervestigando suppeditatur, et studio eorum, qui undecunque nos alii aliis temporibus colloquendi gratia conveniunt, ad nos redundat, quum quisque enarret quae vel fando vel videndo accepit atque memoriae suae et cogitationi impressit. ingeniose enim Diogenes ille cynicus dixisse mihi videtur, amores esse otiosorum hominum studia in iis rebus collocata, quae quis maxime appetat. quum enim paulum vel nihil externi tumultus nos distrahere possint, in otio motus animi quiescere videbitur. mihi vero, quantum otii ab externis turbis atque spectaculis meorum verborum Prometheus impertiit, in duplici vel triplici amore explendo, utcunque

διὰ γραμμάτων, οἷς ἡμᾶς καὶ πόῤῥωθεν φιλεῖν προθυμίας ἐμπύρευμα ἔνεστι, δεξιοῦσθαι τὸν ὅμοιον τρόπον, καὶ τρίτον, ὁπόσα τῷ τῆς ἱστορίας ξυντείνει συλλέγειν σκοπῷ· ἥδεται γάρ πως ἡ ψυχὴ καὶ χειραγωγὸν ἐπὶ τὰ κάλλιστα τῶν τῆς ἱστορίας πραγμάτων ἔξωθεν ἔμπρακτον λόγον δανειζομένη, πλὴν εἰ μὴ δύσμαχος κόρου τινὸς αὐτὸν ἐνοχλεῖ τυραννίς, ἢ τἀναντιώτατα μέν πως ἔχει τῇ τῶν Σειρήνων ἐκείνων ᾠδῇ, πρὸς δὲ τὴν ὁμοίαν ἐκείνῃ φέρει ζημίαν λανθάνουσα, ἐπειδήπερ ἐκείνη μὲν τῇ τῆς ἐμμελοῦς ἁρμονίας ἁβρότητι κατακηλοῦσά τε καὶ γοητεύουσα τὰς ἀκοάς, δέσμιον, ὅς τίς ποτ' ἄρ' ἦν ὁ τῆς ᾠδῆς ἐκείνης κατατρυφῶν, πρὸς τὰς τοῦ θανάτου συνώθει πύλας, μηδὲν μᾶλλον ἐκ τοῦ μέλους τῇ ψυχῇ προκατατιθεμένη λυσιτελὲς ἢ βραχύ τι κέρδος ἀκοῆς ἀκολάστου, ζημίας μεγίστης πρόξενον. ὁ δὲ παιδείας ἡλικιώτης λόγος ὠφελεῖ μὲν νεαρὸν καὶ χλοάζον εἰπεῖν τὸ ἐπαγωγὸν κεκτημένος, ἕως ἂν καὶ τὴν συμμετρίαν πάρεδρον ἔχῃ καὶ πρὸς βραχύτητα τὸ τοῦ δρόμου συστέλλῃ στάδιον· ἐπὰν δὲ τῇ τοῦ κόρου πλεονεξίᾳ τὰς θύρας ἀναπετάσῃ, πολέμιος εὐθὺς καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ φωρᾶται γιγνόμενος, καὶ ἅμα ἀηδίας μακρᾶς τὸ τῆς ψυχῆς ἡδόμενον ἐμπιπλῶν, καὶ ὅλην ἐκείνην ἀναμοχλεύων καὶ ἀνατρέπων τὴν χάριν. ἡδέως γοῦν ἔγωγ' ἀκούσαιμ' ἄν, νῦν μᾶλλον, εἴπερ ποτέ, σχολὴν ἄγων ἀπράγ-

tempus ferebat, studium licebat collocare, ut tum cum iis, quicunque me alii aliis temporibus adirent, quae tempori et rei convenire viderentur, fuse atque copiose confabularer, tum epistolis amicos, qui etiam procul mei amore arderent, simili ratione amplecterer, tertium ut colligerem quae ad historiam pertinent. delectatur enim animus quum extrinsecus narrationem veram atque efficacem accipit, quae quasi manu ducat ad pulcherrimas quasque historiae res, nisi ea immodica atque indomita rerum saturitate oppressa teneatur, quae, quamquam prorsus contraria est Sirenum illarum cantui, attamen eandem fere clam adducit poenam. cantus enim ille concordi vocum concentu atque magnificentia aures deliniens atque demulcens, quisquis suavitate eius oblectabatur, eum vinculis captum ad mortis compellit portas, quamquam ex eo ad animum nullum aliud commodum redundat nisi brevis quidam intemperantis aurium oblectationis fructus, quem maxima sequitur poena. narratio autem prodest, si quidem iuvenile quoddam atque floridum, ut ita dicam, incitamentum et aptam partium omnium congruentiam habeat brevibusque finibus suum cursum circumscribat. sin autem nimiae abundantiae atque satietati portas patefaciat, statim ipsa sibi inimica evadit animique laetitiam taedio magno implet, atque omnem illam voluptatem quasi vecte effringit

μονα κομιδῇ καὶ ἀθόρυβον, ἅττα ποτ' ἂν αὐτὸς ἐμοὶ προτιθέναι βούλοιο ὧν ἡ μακρὰ σοι περίοδος ἐχαρίσατο γῆς ὁμοῦ καὶ θαλάσσης· οὐδὲν γὰρ οὕτως εὐφραίνειν οἶδεν οὐδένα τῶν πάντων, καθάπερ ἐκεῖνα πρὸς το φιλητικὸν τῆς ψυχῆς οἴκοθέν τε κἀκ φύσεως τὴν ῥοπὴν ἐκτήσατο· δημόσιον γάρ τινα βάσανον τὰν κόσμῳ τοῖς πᾶσι προκεῖσθαι γίνεται πράγματα, καθάπερ εἴδους ἄνευ ὕλην τὸ αὐτόνομον τῆς τῶν ἀνθρώπων διαθέσεως προκαλουμένων, οἷόν τινα δημιουργὸν καὶ τεχνίτην πρὸς τὴν αὐτῆς εἰδοποίησιν καὶ μορφήν, ἵνα δὴ τοῦ βελτίονος ἢ τοῦ χείρονος σχῇ τὴν ἐπωνυμίαν, καὶ πάσης βροντῆς μεγαλοφωνότεροι τῆς τῶν χρωμένων γένωνται κήρυκες διαθέσεως αὐτόθεν τὰ πράγματα. εἰ μὲν οὖν καὶ ἄλλοις εἴη πρὸς τρόπου τὰ τῆς ἡμετέρας ἕξεως τῆσδε, εἰδεῖεν ἂν οἵ τινές ποτ' ἄρ' εἶεν ἐκεῖνοι· εἰ δ' οὖν, ἀλλ' ἔμοιγε καὶ σφόδρα γέ τοι κατὰ γνώμην ὁπόσα τῆς τοιᾶσδε μαθήσεως ἔχεται.

Καὶ μὲν δὴ ταῦτα διεξιόντος ἐμοῦ, τοιάδε κἀκεῖνος ἀρξάμενος διεξῄει. B πάντα μὲν χαλεπὸν ἂν εἴη, φησί, διηγεῖσθαι καθ' ἕκαστον ὡς ἔσχε τἀμά· ὡς δ' οὖν ἐν κεφαλαίῳ διεξιέναι τὰ πλείω, τοῦτο δ' οὐκ ἄν ποτ' ἀπαγορεύσαιμ' αὐτός, ὡς μάλα ὂν οὐδὲν ἐργῶδες. οἶσθα γάρ, εἴπερ τις ἁπάντων, δι' ὅσης ἐγὼ τῆς ἐφέσεως ἦγον πολύν τινα πάλαι χρόνον ταυτησὶ τῆς ἐμῆς ἔκδημος γεγενῆσθαι πατρίδος, ἱστορίας τε ἕνεκα πραγμά-

evertitque. libenter vero equidem nunc quam maxime otium omnibus negotiis atque turbis vacuum agens ex te audiverim, quaecunque mihi referre velis de rebus quarum cognitionem tibi longa illa terrae marisque peregrinatio suppeditavit. nihil enim quemquam tanta oblectatione afficere potest quam istae res, quae sua sponte et suapte natura ad animi nostri desiderium inclinant atque propendent. omnes enim res in mundo publico cuidam omnium examini subiectae veluti informis materies suam dispositionem ab auctoritate hominis petunt, ut ab eo tanquam artifice atque opifice figura atque forma indutae melioris vel deteriori scognomina accipiant, et ita vocibus omni tonitru clarioribus dispositionem hominum tanquam praecones praedicent. si etiam alii eandem quam nos amplectuntur sententiam, res tales cognoscent, quicunque illi sunt: sin minus, at mihi quidem quam maxime ex animi sententia sunt, quae ad eiusmodi rerum cognitionem pertinent.

Quod quum ego dixissem, etiam ille ita exorsus est. omnia, inquit, tibi enarrare, quomodo quidque meorum sese habuerit, difficile est; breviter autem plurima perstringere, id quidem ut non valde operosum non abnegaverim. tu enim, si quis alius, vel maxime scis quanta ego animi voluntate ex hac mea patria abire longum quondam

των παντοδαπῶν καὶ ἅμα πόλεων καὶ λιμένων, καὶ οἵαν ἕκαστα τούτων ἔχει τὴν θέσιν πρός τε ἄλληλα καὶ ὅλον τὸ σχῆμα
f. 97 a. τῆς γῆς, ἅτε τῇ τῆς ἀστρονομικῆς " ἐπιστήμης χρείᾳ μεγίστην παρεχόμενα τὴν συντέλειαν. ὃ δέ με πάντων μάλιστα ἐπεπείκει τὸν ἔκπλουν ἐπιταχῦναι, τά τε τῆς ἐκκλησίας ναυάγια ἦν, καὶ ὅσα τοῖς πολιτικοῖς ἐπεφύη τηνικαῦτα νοσήματα πράγμασι τούτων γε ἕνεκα. οἷς γὰρ τότε μάλιστα πάντων σώζειν ἐνῆν τὰ τῆς πολιτείας πράγματα, ταῦτα τότε μάλιστα πάντων ἠλαύνετο καὶ σφόδρα δυστυχῶς διέκειτο, λέγω δὴ τὰ τῆς εὐσεβείας πράγματα· δόγματα γὰρ ἀλλαττομένης τηνικαῦτα ἐκείνης, τὰ Παλαμικὰ δηλαδὴ τῶν πατρίων, πονηρῶς εἶχε τὸ σῶμα τῆς πολιτείας, καὶ πᾶσαν ἔφραζε χαίρειν ἐλπίδα χρηστήν· τὸ γὰρ φορτικὸν καὶ ἀμαθὲς τῶν ἡγεμονικῶν ἀνδρῶν αὐτήν τε ἐκαπήλευσεν ἀσελγῶς τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἀπαραίτητος ἵστατο κολαστὴς τῆς μόνης σώζειν δυναμένης τότε τὸ γένος ἐλπίδος. ὅθεν ζωγραφουμένην ἐν τύποις ἔτι τὴν θείαν βλέπων ὀργήν, καὶ οἷον ἐν σπαργάνοις ἔτι καὶ γάλαξι κρυπτομένην, γῆν ἀλλάττεσθαι γῆς ἐνόμισα δεῖν, πρὶν ἐν ὅπλοις ὑπαίθροις στρατευομένης κατὰ τῶν ἀδικούντων αὐτῆς πειραθῆναι κραταιότερον· χρόνου [γὰρ] ἀεὶ στοχάζεσθαι δεῖν ὅτῳ νοῦς συνοικεῖ σωφρονῶν, καὶ μὴ καιρῷ καὶ τύχαις προσομιλεῖν ἀβέβαιον κεκτημένοις θεμέλιον, καὶ μάλισθ' ὅτε ψυχῆς ἀθανάτου θάνατος ἀθάνατος οἰκονομοῖτο, μηδὲ τῷ

tempus optaverim, ut res omnis generis urbesque ac portus viserem, et quemnam eorum quidque haberet situm inter se et ad totam terrae faciem cognoscerem, quippe quum id plurimum conferat ad scientiam astronomicam perficiendam. quod autem plurimum me, ut profectionem accelerarem, adhortabatur, ecclesiae erat naufragium et qui inde rebus publicis adnascebantur morbi. quod enim tum vel maxime reipublicae statum servare potuit, id vehementissime vexabatur et pessime laborabat, dico religionem. quae quum commutaret tum dogmata Palamae cum iis quae a patribus nobis tradita sunt, civitatis corpus aegre affectum erat nullamque probam spem prae se ferebat. homines enim qui tum rebus praeerant, qua erant sordida et inculta animi indole, veritatem ipsam impudentissime venditabant et inexorabiles erant castigatores spei, quae tum unice genus servare potuit. qua in re quum iram divinam primis lineamentis adumbratam atque veluti incunabulis delitescentem ac lactentem viderem, terram cum terra mihi commutandam esse decrevi, antequam eam armis apertis improbos acerrimo impetu invadentem experirer. homo enim cordatus prudentique animo praeditus temporis rationem nunquam non ha-

παρόντι συνεῖναι ζητεῖν ἔδει, ἀλλὰ τὸ μέλλον πραγματεύεσθαι χρήσιμον, μηδὲ διὰ φόβον τοῖς παροῦσιν ἡττᾶσθαι ψεύδεσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν τἀληθοῦς προβολὴν τοῦ κακοῦ κολάζειν τὴν πρόφασιν, οὐδὲ τὸ μίσους ἄξιον εἰς τὴν χώραν εἰσάγειν τοῦ πόθου, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ βλάπτοντος τὴν τῶν ὠφελίμων ἀνθαιρεῖσθαι συνοίκησιν.

6 Ἄρτι τοίνυν τὰς ἠρινὰς τοῦ ἡλίου τροπὰς παραλλάττοντος νεὼς ἐπιτυχὼν ναυστολίας ὡρμημένης ἐπ' Αἴγυπτον, ἄσμενος εὐθὺς αὐτῇ φέρων ἐμαυτὸν ἐνεβίβασα. καὶ μὲν δὴ ἄραντες ἐς τὴν ὑστεραίαν ἐκ Βυζαντίων λιμένων ἑβδομαῖοι τοῖς Ῥοδίων προσέσχομεν λιμέσιν, ἔνθα συχνὰς διατετριφότες ἡμέρας οὐρίων πνοῶν ἀπορίᾳ περιῄειμέν τε τὴν νῆσον, καὶ περιεργότερον ἄττα ἦν θέας ἄξια ἐθεώμεθα. κολοσσοῦ μὲν οὖν ἐκείνου μνημεῖον οὐδέν τι ἐλέλειπτο, οὐ μέντ' ἂν οὐδ' εἴ ποτε γέγονεν ὅστις ποτ' ἄρ' ἦν ἐκεῖνος, εἰκασίαν ἐδίδου τινά· οὔτε γὰρ χαλκοῦ μόριον οὐδέν, οὐ μὴν οὐδ' εἴ τινες εἶεν ἐκ λίθων ἐκείνῳ κρηπῖδες, ἐλέλειπτο λείψανον πάντων οὐδέν. πόλεων δὲ τῶν πάλαι αἳ μὲν σεισμοῖς ἐκτριβεῖσαι κατέδυσαν, ὧν ἡ καλλίστη Ῥόδος ἦν ἡ τῇ νήσῳ ὁμώνυμος, καὶ σημεῖα τούτων ἐδείκνυσαν ἡμῖν οἱ ἐγχώριοι· αἳ δ' ἔτι σωζόμεναί τε διαμένουσι καὶ λαμπραὶ λαμπρῶς ἑστηκυῖαι εἰσί. τούτων δ' εἶναι κατ' ἐμαυτὸν ἐνενόουν ἐκ σημείων τι-

bere debet, neque sese ad rerum fortunaeque condicionem applicare quae firmo quodam fundamento indigeat, ubi praesertim animae immortalis mors sempiterna immineat; non praesentem oportet eum voluptatem captare, sed ea quae in futurum tempus utilia sint curare; non metu mendaciis et falsis opinionibus indulgere, sed veritatis propugnaculo improbitatis causam reprimere; non detestabilia et odiosa desiderare, sed rebus noxiis rerum salutarium possessionem praeferre.

Statim igitur post aequinoctium vernum navem nactus in Aegyptum profecturam lubenti animo statim conscendi, atque ancoris insequenti die sublatis ex portubus Byzantinis die septimo ad Rhodiorum portus pervenimus, ubi ventorum secundorum inopia multos dies commorati perlustravimus insulam resque visu dignas adspeximus. colossi vero illius vestigium exstabat nullum, immo ne coniecturae quidem dabat locum, num unquam exstitisset, quisquis ille fuit; nulla enim aeris particula, nullae prorsus erant lapidum reliquiae, si forte ex iis fundamenta exstructa fuerant. urbium antiquarum aliae terrae motibus absumptae erant atque submersae, quarum pulcherrima erat Rhodus insulae cognominis, earumque vestigia nobis ab indigenis monstrabantur: aliae autem adhuc servatae sunt atque splendidae exstant,

νῶν Λίνδον Ἰηλυσσόν τε καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον, ὧν ἡ τοῦ Μελησιγενοῦς Ὁμήρου μέμνηται Καλλιόπη. πρόσοικοι δ' ἦσαν τῇ νήσῳ, τὸ πλεῖστον εἰπεῖν, ὁμόφυλοί τε ἡμῖν καὶ τὴν πίστιν ὀρθόδοξοι, καὶ ταύτῃ δὴ τῇ καθ' ἡμᾶς Ἑλλάδι χρώμενοι φωνῇ· παῖδες γάρ εἰσι τῶν οὐ πάνυ πρὸ μακροῦ τεθνηκότων ἐκείνων ἀνδρῶν, οἳ πλεῖστα μὲν ἠγωνίσαντο, Λατίνοις μαχόμενοι τριήρεσί τε καὶ ὅπλοις παμπόλλοις τὴν ἔφοδον ἐπ'
f. 97 b. αὐτοὺς ποιουμένοις, ἡττήθησαν δὲ δι' ὀλιγότητα καὶ ὑπετάγησαν ἄκοντες. ὧν ἔνιοι κἂν γήρᾳ ζῶσιν ἔτι βαθεῖ, τῆς πρίν τε εὐδαιμονίας ἀεὶ μεμνημένοι, καὶ διήγημα ταῦτα τοῖς παριοῦσι τῶν ξένων ἡδὺ προτιθέντες, οἳ καὶ δυστυχεῖν μέν πως ἔλεγον ὅτι ζυγὸν ἐλευθερίας ἠλλάξαντο δούλειον, εὐτυχεῖν δ' ἄλλως, πολεμίων μὲν ἥκιστα ἔξωθεν ἐνοχλεῖν μὴ δυναμένων τὴν νῆσον ἔτι, ἅτε τῶν τῆς νήσου κρατούντων ἐν ὅπλοις ζῆν εἰωθότων, καὶ ὅσα εἰς πόλεμον ἐπεφύκει ἐπιτηδεύματα, καὶ ἅμα εὐνομίας ἐν ἀγοραῖς καὶ δίκαις ἐπιπολαζούσης τῇ νήσῳ, πλεονεξίας ἀπούσης ὡς τὰ πολλά, καὶ πρὸς τούτοις εὖ ἐχόντων κράσεως ἀέρων λαχόντων τὴν νῆσον, ἔτι τε λιμένων καὶ νεωρίων παγκάλην ἐχόντων τὴν θέσιν, καὶ πάντας μετὰ ῥᾳστώνης ὑποδεχομένων τοὺς ὁθενδήποτε χρείας ἐμπορικῆς καταίροντας ἕνεκα, ὡς γίνεσθαι διὰ ταῦτα τὴν τῶν ὠνίων χρείαν ἀφθονωτέραν πλουσίοις καὶ πένησι, καὶ βίον ἀταλαίπωρον ἄγειν τοὺς προσοικοῦντας ἐντεῦθεν. εἰ δὲ

in quo numero esse ex indiciis quibusdam suspicabar Lindum Ialysum et splendidam Camirum, quarum urbium Homeri Melesigenis meminit Calliope. incolae insulae erant maxima ex parte nostri populares atque orthodoxae fidei, nostraque utuntur Graeca lingua. filii enim sunt virorum illorum, qui abhinc non ita longo tempore interiere, et quamquam plurima certamina serebant cum Latinis, qui triremibus armisque multis eos adoriebantur, ob paucitatem tamen inferiores discessere et sese inviti subiecere. eorum nonnulli praegrandes natu adhuc in vivis sunt, pristinae felicitatis nunquam non memores, et peregrinis, qui illuc transeunt suaviter haec enarrant; hi dicebant sese quidem infelices esse, quod iugum servitutis cum libertate commutassent, attamen alioquin bona fortuna uti, quod externi hostes, quum insulae domini in armis studiisque, quae ad bellum pertinent, vivere assueti essent, non amplius infestare insulam possent, et quod bonae leges in foris iudiciisque insulae versarentur, avaritia autem fere abesset. huc accedere quod sortiti essent insulam, quae gauderet bona coeli temperie et portuum ac navalium praeclarum haberet situm, ut omnes facile accipere possent qui mercaturae faciendae causa undecunque advenirent. inde fieri ut rerum venalium facultas largior et

διὰ ταῦτα καὶ χρυσὸν ποτε Ῥοδίοις ὗσαι νεφέλας κατέχει λόγος τοῖς τῶν Ἑλληνικῶν μύθων ἀπορρήτοις ἐνδιαιτώμενος, ἐγὼ μὲν οὐκ ἄν ποτ' εἰδείην, τοιούτων ὑπολήψεων ἀμείνω κτησάμενος ἄνωθεν γνώμην, λεγέτω δ' ὅστις ἄμεινον εἰδείη ἂν ἐμοῦ.

Εἶεν. ἦρος δ' ἤδη χωροῦντος, ἐν ᾧ καὶ πλειάδες ἄρ- 8
χονται κήρυκές τε καὶ πρόδρομοι γίνεσθαι τῆς ἡμέρας, οὐρίοις κἀκεῖθεν χρησάμενοι πνεύμασιν ἀνήχθημεν, ὡς πεμπταίους ἡμᾶς ἐς μεγάλην τε καὶ λίαν εὐδαίμονα ἀφικέσθαι πόλιν, τὴν Ἀλεξάνδρειάν φημι, πεντακισχιλίους σταδίους ἀπέχουσαν Ῥόδου, κειμένην δ' ἐν δεξιᾷ, εἴ τις ἐς τὸ Ἡρακλεωτικὸν καταίρειν ἐθέλοι στόμα τοῦ Νείλου. μέγιστος γὰρ ὢν ποταμῶν ὁ Νεῖλος, καὶ ὅλην ἄρδων ἐκ μέσου τὴν Αἴγυπτον μόνος αὐτός, ὁλόκληρος κάτεισι ζωννύων αὐτὴν ἄνωθέν ποθεν ἀρξάμενος, ἄχρι καὶ εἰς Βαβυλῶνα τὴν περὶ τὸ Δέλτα καλούμενον οὑτωσί πως κειμένην. ἐκεῖθεν δ' ἐννέα μεριζόμενος στόμασιν εἰς τὴν Αἰγυπτίαν ἐκδίδοται θάλασσαν, ὧν ἄλλως μὲν τἄλλα, τὸ δὲ πρὸς δύσιν καὶ ζέφυρον ἄνεμον Ἡρακλεωτικὸν ὀνομάζεται. τούτου τοίνυν 'νοτιωτέρα μικρὸν ἡ περιβόητος Ἀλεξανδρέων αὕτη κεῖται μακρόπολις. ἣν καὶ αὐτὴν θεασάμενος ὅσον ἐξῆν, καὶ τῶν ἀξιολογωτέρων κατατρυφήσας αὐτῆς θεαμάτων ὡς ἡμῖν γε ἐχρῆν, ἔπειτ' ἐξῄειν

divitibus et pauperibus contingeret, atque vitam sine molestia incolae agerent. num ideo fama orta sit, quae inest in Graecarum fabularum arcanis, auro quondam Rhodiis pluisse nubes, id equidem nesciam, talibus opinionibus meliorem sententiam caelitus adeptus: dicat, quisquis me melius scit.

Ceterum vere iam procedente, quo tempore etiam Pleiades incipiunt praecones esse et praecursores diei, ventis secundis usi in altum provecti sumus, ut quinto die Alexandriam maximam et opulentissimam urbem veniremus, quae quinque milia stadiorum distat a Rhodo, dextra sita, si quis in Heracleoticum Nili ostium decurrere velit. Nilus enim, fluviorum maximus, qui totam Aegyptum ex medio solus irrigat, ex superioribus regionibus alicunde ortus cingens eam universus atque integer descendit, donec Babylonem ad Delta, quod dicitur, sitam veniat. inde in novem ostia divisus in mare Aegyptium influit, quorum ostiorum alia aliter nominantur, ostium vero occidentem atque zephyrum ventum versus Heracleoticum appellatur. ad hoc igitur paululum meridiem versus Alexandria sita est, celeberrima atque magnificentissima urbs. quam quum vidissem, quantum licebat et adspectu rerum visu digniorum, ut nobis consentaneum erat, ob-

ἐκεῖθεν, μετά γε τὰς Ὠρίωνός τε καὶ κυνὸς ἐπιτολάς, θεάσασθαι ζητῶν καὶ τὰς ᾀδομένας πυραμίδας ἐκείνας, καὶ εἴ τις εἴη πόλις κατ' Αἴγυπτον ἑκατοντάπυλοι λεγομένη Θῆβαι, καὶ ἅμα τοῖς τῶν Αἰγυπτίων ἱερογραμματεῦσι μάλα ἐθέλων συμμῖξαι. μεγάλης γάρ, ὡς οἶσθ', αὐτοὺς ἡμῖν θιασώτας εἶναι σοφίας βίβλοι παρέπεμψαν παλαιαί. ἀλλ' ἦσαν ἄρα ταυτὶ γρηγορούντων ἐνύπνια, μόνοις σωζόμενα τοῖς ὀνόμασιν, ὅσα παρὰ τὸν βίον ἀεὶ καλινδούμενα γένεσιν ἔρωτος βόσκει f. 98 a. διὰ τῶν ὤτων ἐνσπειρομένην τοῖς μικρογνώμοσι " λογισμοῖς.

Τοῦ μέντοι φθινοπώρου μεσοῦντος ἤδη ἀφῖγμαι καὶ ἐς θέαν τῶν ἐν Παλαιστίνῃ τόπων καὶ πόλεων, ὅσαι τῶν σωτηρίων ποδῶν τὰς τρίβους ἐδέξαντο. καὶ μὲν δὴ κἀνταῦθα τὸν ἔρωτα καθ' ὅσον ἐξῆν ἀφοσιωσάμενος τῆς ψυχῆς, εἶτα ἀπῄειν μετὰ χειμερινὰς τοῦ ἡλίου τροπάς. καὶ δὴ λοιπὸν ἐν δεξιᾷ καὶ πρὸς ἕω τὰ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας ὄρη λιπών, ἐς τὰς μεσογείους τῆς κοίλης Συρίας ἐνέβαλον πόλεις, καὶ μετὰ πλείους κἀκεῖ περιόδους ἧκον ἐς Δαμασκόν, πολλῶν ὑπερέχουσαν τῶν ἐκεῖ πόλεων τά τε ἄλλα καὶ πολυανθρωπίᾳ καὶ ἀγορῶν ἰσονομίᾳ καὶ πολιτικῆς καταστάσεως εὐκοσμίᾳ, καὶ πρός γε συνέσει τῶν οἰκητόρων βαθείᾳ τινὶ καὶ γεγυμνασμένῃ καλῶς πρὸς τὰ κάλλιστα, ὡς μὴ μάλα τι πλεῖστον ἐνδεῖν τῆς μεγάλης ἐκείνης Ἀλεξανδρέων πόλεως. εἰ γὰρ μὴ δι' ἄλλο γέ τι, διὰ γοῦν ἕν γέ τι, τὸ τὴν εὐσέβειαν ἐκεῖ

lectatus essem, inde abii post Orionis et Caniculae ortum, ut viderem celebratas illas pyramides atque Thebas hecatompylas, quae dicuntur, si forte ea urbs in Aegypto exstaret; praeterea valde cupiebam sacros Aegyptiorum scribas convenire, quos, ut scis, magnae sapientiae nobiscum sodales esse veteres libri tradiderunt. sed haec erant utique mera vigilantium somnia, nominibus solis nobis servata, quae vitam semper pervagantur et desideria per aures animis pusillis iniecta excitant atque alunt.

Medio vere auctumno profectus sum ad visendos Palaestinae locos urbesque pedibus salvatoris calcátas. ibi quum, quantum fieri potuit, animi amori satisfecissem, abii post brumam. atque iam dextra et orientem versus montibus felicis Arabiae relictis urbes petii mediterraneas Coelesyriae, ubi quum compluria fecissem itinera, Damascum perveni, quae eius regionis urbes quum aliis rebus longe superat, tum hominum frequentia et fororum aequitate ac publicorum institutorum praeclara descriptione, incolarum praeterea intelligentia quadam profunda et ad optima quaeque egregie comparata, ita ut non multum absit quin aequiparet magnam illam Alexandrinorum urbem.

πλατυτέραν κεκτῆσθαι τὴν παρρησίαν, ἔχει μὲν εὐλαβῶς συγκρύπτειν εἴ τι ἧττον ἔτυχεν ἐκείνης ἔχουσα, ἔχει δὲ καὶ θεατρικωτέραν ἀπὸ τοῦ μείζονος πρὸς ἐκείνην ἤδη ποιεῖσθαι τὴν τοῦ σχήματος ἕξιν. ὅπλων γὰρ ἕνεκα καὶ πολεμικῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ ἡγεμονικῆς πολιτείας ἠθῶν, καὶ ὅσα περὶ ἀγορανόμους ἔχει καὶ δικασπόλους, προέχειν τὴν Ἀλεξάνδρειαν δοίη τις ἄν· συνέσεως δὲ καὶ μαθήσεως ἄλλης δι' ἣν τὸ κοινωνικὸν ἐς Ἕλληνας ἀναφέρειν μᾶλλον Ἀλεξανδρέων, καὶ ἅμα διὰ τὸ τῆς εὐσεβείας εἰλικρινέστερον μακροῖς τοῖς μέτροις ὑπερέχειν Ἀλεξανδρείας ἅπαντες ἂν συγχωρήσαιεν Δαμασκόν. διὰ δὴ ταῦτα καὶ τριετίαν ὅλην αὐτῇ τε καὶ ταῖς πέριξ πόλεσιν ἡδέως εἱλόμην ἐνδιατρίβειν, ἄλλως τε καὶ σχολὴν πολέμων ἀλλοφύλων καὶ φόβων τοιούτων ἄδειαν ἐχούσης τῆς γῆς ἐκείνης.

Ἐκεῖθεν ἀφικόμην ἐς τὰς παραλίους τῆς Φοινίκης πόλεις. καὶ ὅλον ἔτος ἓν καὶ τῇ τούτων ἀνηλωκὼς ἱστορίᾳ, εἶτα ἀπῄειν εἰς Ἀντιόχειαν, πόλιν μεγίστην Συρίας, ἣν Ἀντίοχος ἔκτισεν ὁ Σελεύκου τοῦ μετ' Ἀλέξανδρον ἄρξαντος μὴ μόνον Συρίας ἐκείνης ἀλλὰ καὶ Βαβυλῶνος τῆς Σεμιράμιδος, καὶ πρός γε Ἀσσυρίων καὶ Περσῶν καὶ Μήδων, καὶ ὅσα Σούσων καὶ Ἐκβατάνων ἐπέκεινα. ταύτην ἔγωγ' ἀκούων ἐκ παλαιοῦ τὸ σωτήριον κήρυγμα πρώτην αὐτὴν πρὸς τῶν ἱερῶν δεδεγ-

nam si non ob aliud, vel propter hoc unum, quod religio ibi maiorem libertatem assecuta est, pie reticere licet, si quid minus quam illa habeat: superat autem illam iam speciosiore formae suae atque habitus amplitudine. armis enim studiisque rei militaris et imperii administratione atque aediliciorum munerum atque iudiciorum descriptione Alexandriam superioram esse facile quis dederit; prudentia vero et doctrina reliqua magis quam Alexandrinos Graecis appropinquare, sinceriore praeterea religiositate Damascum superiorem esse Alexandria omnes concesserint. hasce ob caussas ego per tres integros annos ibi atque in urbibus circumiacentibus commorari lubenter constitui, quum praesertim a bellis externis et eiusmodi turbis illa terra securitatem praeberet.

Deinde ad maritimas urbes Phoeniciae perveni, in quarum cognitione quum totum annum consumpsissem, Antiochiam abii, urbem maximam Syriae, quam condidit Antiochus, filius Seleuci, qui post Alexandrum non solum Syriae imperitavit sed etiam Babyloni a Semiramide conditae, praeterea Assyriis Persis Medis terrisque ultra Susa et Ecbatana iacentibus. hanc urbem quum antiquitus salutare evangelium primam ab ipsis apostolis accepisse audivissem, laetissime

μένην ἀποστόλων, λίαν ἀσμένως εἶδον ἔτι σημεῖα ψυχῶν εἰς εὐσέβειαν θερμοτέρων. ταύτῃ τοι καὶ ἐθαύμασα μᾶλλον αὐτὴν δι' αὐτό γε τουτὶ ἢ διὰ τἆλλα, ὁπόσα τῇ πόλει περίεστι τὰ καλά. τῆς γὰρ ἀλλοφύλου θρησκείας συμπεφυρμένως ἐπιπολαζούσης ἐκεῖ πανταχόθεν καὶ πανταχῇ, ἅτε τῆς Ἀράβων ἐπικρατείας ἐξ Αἰγύπτου, μᾶλλον δ' ἐκ Κυρήνης καὶ Πενταπόλεως καὶ τῶν γε ἔτι τούτου προσωτέρω διηκούσης ἄχρι καὶ ἐς τὰ τῆς Ἀντιοχείας ἐπέκεινα, συμβαίνει καὶ τῆς Ἀραβικῆς θρησκείας δείγματα πανταχῇ τῆς γῆς ὑπάρχειν
f. 98 b. *ἐκείνης. διὸ καὶ ἀντεχομένους ἐκεῖ κομιδῇ " τῶν Ἀντιοχέων αὐτὸς ὁρῶν τοὺς εὐσεβῶς ἑλομένους ζῆν ὑπὲρ τῶν πατρίων τῆς εὐσεβείας δογμάτων ἄχρι θανάτου δεῆσαν, διὰ μακροῦ τοῦ θαύματος ἐποιούμην τέως ἐγὼ τὸ ἐκείνων πρᾶγμα, καὶ ἐς τὴν πάλαι μνήμην ἀνῆγον εὐθὺς ἐκείνην τὸν νοῦν.*

10 *Εἶεν. ἀλλὰ μετὰ βραχὺ κἀκεῖθεν ἀπάρας ἀπῄειν ἄχρι καὶ εἰς Ἰσσόν, ἔνθα τοὺς Κιλικίους αὐλῶνας τῶν Ταυρικῶν παραψαύειν ὀρῶν σχεδὸν εἰπεῖν ἐκ φύσεως συνηνέχθη· ἐς τοσοῦτο γὰρ βραχύτητος ὁ μεταξὺ συστέλλεται χῶρος ἐκεῖ ἔκ τε θαλάττης καὶ ὀρῶν ἐκείνων ὥστε καὶ πύλαι τοῖς πάλαι προσηγορεύθησαν Ἰσσικαί τε ἅμα καὶ Συριακαί. καὶ πόλις δ' ἔστιν Ἀντιοχείας ἀρχαιοτέρα παρακειμένη, ξὺν γε πλείσταις ἑτέραις Ἀλεξάνδρεια καλουμένη. ταύτην γὰρ Ἀλέξανδρος ἀνήγειρε πρώτην ἄγαλμα νίκης εἰπεῖν, ἣν αὐτόθι Δαρεῖον*

adhuc indicia animorum fervidiore pietate accensorum cognovi. quare ob hanc ipsam rem magis urbem admiratus sum quam ob alia commoda et ornamenta, quae ei suppetant. cultu enim peregrino undequaque promiscue gliscente omnibusque locis exstante (quum enim Arabum imperium inde ab Aegypto aut potius a Cyrene et Pentapoli ac regionibus etiam remotioribus usque Antiochiam et ultro pertineat, usu venit ut Arabicae religionis vestigia ubique in illa terra occurrant), ubi Antiochenses, qui quidem pie ac recte de religione sentirent, pro patriis pietatis dogmatis fortiter resistentes videbam, etiamsi mortem perpessuri essent, in summa eam rem admiratione habebam atque ad veterem memoriam talem sentiendi rationem statim referebam.

Ceterum paulo post quum me dedissem in viam, usque Issum profectus sum, ubi convalles Ciliciae cum Tauri montibus a natura fere ipsa coniunctas esse dixeris. tam breve enim spatium interest inter mare et montes illos, ut portae a veteribus et Issicae et Syriacae cognominarentur. urbs ibi sita est antiquior Antiochia, cum plurimis ceteris Alexandria appellata. eam enim Alexander quasi primum tropaeum victoriae excitavit, quam ibi de Dario Persa primum re-

τὸν Πέρσην ἐνίκησε πρῶτον, ἐκ Βαβυλωνίας καὶ τῶν γε ἀνωτέρω τόπων μυρίαν μὲν ἵππον ἐλάσαντα, πάντα δ' Ἀσίας ὅπλα συγκινήσαντα μέχρις αὐτοῦ. σπεύδων γάρ, πρὶν Ἀλέξανδρον διαβῆναι, τὰς τῶν εἰρημένων στενῶν ἀποκλεῖσαι παρόδους τῷ πλήθει τῆς στρατιᾶς ἐκείνης, ἔλαθε καθ' ἑαυτοῦ μᾶλλον ἢ κατ' Ἀλεξάνδρου τὸν ὄλεθρον μεμηχανημένος· πλῆθος γὰρ δυσαρίθμητον στρατιᾶς ἐπαγόμενος, καὶ ὀφείλων ἐν ὑπτίοις καὶ ἀναπεπταμένοις πεδίοις τὰς πολεμικὰς διατάττειν φάλαγγας, καὶ ταῦτα γυναῖκας ἅμα καὶ παῖδας ἄγων καὶ ὅλον αὐτοῦ τὸν βασίλειον οἶκον κατά δή τι πάτριον ἔθος, ὁ δὲ τἀναντία πάντ' ἐδεδράκει. μηδὲ γὰρ ἐχούσης τῆς τοσαύτης ἐκείνης ἵππου ῥύμῃ πολλῇ φερομένης ῥᾳδίως προχωρεῖν τε καὶ ἀναχωρεῖν ἐν στενοῖς καὶ τάς γε ἀναστροφὰς καὶ συστροφὰς καὶ ἀγχιστρόφους περιφορὰς καὶ διεξόδους ποιεῖσθαι, συνεπάτουν ἀλλήλους αὐτοὶ ὑπ' ἀλλήλων συμποδιζόμενοι, καὶ περιέπιπτον ἑαυτοῖς αὐτοί, κακῶς βουλευσάμενοι. ἀλλὰ τούτων μὲν ἅλις.

portavit, qui ex Babylonia locisque etiam superioribus innumerabilem equitatum adduxerat omniaque Asiae arma ad se contraxerat. quum enim antequam Alexander transgrederetur, angustiarum, de quibus diximus, transitus multitudine illius exercitus intercludere properaret, sibi potius quam Alexandro perniciem sese machinari non intellexit. nam quum innumerabiles copias secum duceret atque aciem in locis planis atque patentibus instruere deberet, quum praesertim feminas atque liberos et totam regiam domum ex patrio quodam more secum haberet, ipse contraria prorsus fecit. ita factum est, ut, quum equitum ingens turba comitato impetu in hostes se inferens in angustiis nec facile progredi nec se recipere neque se convertere aut contrahere aut celeres circumactiones atque excursus facere posset, ipsi inter se impediti se contererent et in semet ipsos incurrerent malo usi consilio. sed haec hactenus.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΛΟΓΟΣ Δ' Η ΚΕ' ΤΗΣ ΟΛΗΣ ΑΥΤΟΥ ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

Ἐμοὶ δὲ προσωτέρω προάγειν βουλομένῳ δυοῖν ἕνεκα, ὅπως τε μάθοιμι μέχρι πόσου τῆς ἀλλοτρίας ἐκείνης γῆς καὶ δι' ὅσων ἐθνῶν ἐκείνων διήκει σωζόμενον τὸ Χριστιανῶν ἔτι γένος, καὶ ὅπως ἐν μέσοις τοῖς ἀσεβέσιν ἔτι τῶν πατρίων ἔχεται δογμάτων τῆς εὐσεβείας κατὰ τὸν σφίσι ἁπλούστερόν τε καὶ ἀληθέστερον τρόπον, καὶ ἅμα θεάσασθαι εἴ τί που τῆς ἀρχαίας σοφίας ἐκείνης περίεστι λείψανα Χαλδαίοις καὶ Πέρσαις, ἐμποδὼν οἱ τῶν Ἱεραπολιτῶν γεγένηνται κοσμιώτεροι, ἐπεί τοί γε μέχρι καὶ ἐς ἐκείνους προεληλύθειν ἐγώ, διακο- f. 99 a. σίους ὁμοῦ καὶ " χιλίους ἐγγύς που σταδίους θαλάττης ἀπέχοντας. οὐ γὰρ εὔοδα ἔσεσθαι ὑπισχνοῦντό μοι ἔτι τὰ πρόσθεν διὰ τὸ τῶν προσοικούντων ἀλλόγλωσσον· οὐ μὴν οὐδ' εἰ εὔοδα ἦν ἐντεῦθεν, ἥκιστ' οὖν ὅμως περιλείπεσθαι Χαλδαϊκῇ τε γῇ καὶ Περσικῇ σοφίας ὅλως ἐκείνης ἴχνη τε καὶ γνωρίσματα. ἐξ ὅτου γὰρ τὸ Σκυθικὸν ἐπιρρεῦσαν γένος καὶ

EIUSDEM HISTORIAE ROMANAE LIB. IV. SIVE UNIVERSAE HISTORIAE ROMANAE LIB. XXV.

Quum longius progredi vellem duabus ex causis, partim ut cognoscerem, ad quem finem terrae illius peregrinae et per quas gentes Christianorum adhuc genus salvum extenderetur et quomodo inter medios irreligiosos homines patria fidei dogmata simpliciore sua et veriore ratione amplecteretur, partim ut viderem, num forte alicubi apud Chaldaeos et Persas antiquae illius sapientiae exstarent reliquiae, ab Hierapolitis honestissimis impediebar, ad quos usque ego processeram quamquam mille fere ducentis stadiis a mari disiunctos. hi enim locos etiam longinquiores ob incolarum peregrinam linguam non commode adiri posse affirmabant; quin etiam si facile adiri possent, attamen nequaquam apud Chaldaeos et Persas illius sapientiae vestigia atque indicia superesse. quo enim ex tempore gens Scythica ex fon-

ἐκχυθὲν ἄνωθέν ποθεν ἐξ ἀρκτικῶν πηγῶν καθάπερ ἀχανοῦς τινὸς ὕδωρ πελάγους, Πέρσας τε ἐδουλώσατο καὶ Μήδους καὶ πᾶσαν εἰπεῖν ταυτηνὶ τὴν Ἀσίαν ἄχρις Ἰνδῶν τε ἐκείνων πρὸς ἕω καὶ ἄχρις Ἀράβων τουτωνὶ πρὸς νότον, οὐ μόνον τὰ πλείω τῶν ἐγχωρίων ἠθῶν ἐκείνων ἔσβη καὶ ἐτεθνήκει, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τῶν ἐθνῶν ἐκείνων τὰ τοπικὰ διαστήματά τε καὶ ὅρια συγκέχυται καὶ παντάπασίν ἐστι δυσείκαστα νῦν. γίνεσθαι δέ μοι μάλιστα νῦν, εἴπερ ποτ', ἀξύμφορον ἔφασκον τὴν ἐκεῖσε πάροδον διὰ τὰς ἄρτι κατεσχηκυίας καὶ Σκύθας αὐτοὺς κατ' ἀλλήλων ἔριδάς τε καὶ στάσεις περὶ πρωτείων, τοῦ σφῶν ἀρχηγοῦ καὶ ἡγεμόνος πρὸ μικροῦ τεθνηκότος. ταῦτ' οὖν ἔγωγ' ἀκηκοώς, καὶ ἅμα συνορῶν τῆς ὁμοίας συγχύσεως τὸ νεμόμενον καὶ ἐπ' Ἄραβας τουτουσὶ προχωροῦν, τελευτήσαντος νεωστὶ καὶ τοῦ Αἰγυπτίου Φαραὼ καὶ τῶν υἱέων περὶ τῆς ἀρχῆς ἐν ἀλλήλοις στασιαζόντων, καὶ πεφυρμένων πανταχῇ τῶν τῆς Αἰγύπτου καὶ Ἀραβίας πραγμάτων, τάχιστα ἀνεχώρουν ἐκεῖθεν ὀπίσω ἀπιὼν ἐς Κιλικίαν, θέσεως ἔχουσαν εὐφυῶς, πλείστην τε ἅμα καὶ λίαν οὖσαν εὐδαίμονα χώραν, ἔνθα δὴ καὶ πολλαῖς ἐνέτυχον καὶ ἄλλαις πλησιοχώροις ἀλλήλαις πόλεσιν ἀγαθαῖς, τῇ Ταρσῷ δὲ μάλιστα πασῶν, ᾗ καὶ πατριάρχῃ τῷ Ἀντιοχείας ἐνδιαιτᾶσθαι τὰ πολλὰ περιγίνεται. τά τε γὰρ ἄλλα περίεστιν αὐτῇ τἀγαθά, καὶ Κύδνος ὁ ποταμὸς ἡσυχῇ παραρρέων, ἐν ᾧ καὶ Ἀλέξανδρόν φασιν

tibus septentrionalibus effusa fluctuum instar maris immanis lateque expansi in Asiam irruit atque Persas Medosque et totam fere hance Asiam una ex parte usque ad Indos orientem versus et altera ex parte usque ad Arabes meridiem versus in ditionem suam redegit, non solum domestici indigenarum mores propemodum exstincti sunt atque intermortui, sed etiam ipsa gentium intervalla finesque confusa sunt atque nunc prorsus cognitu difficilia. tum autem quam maxime iter in istas terras incommodum mihi fore dicebant ob contentiones discordiasque de principatu inter ipsos Scythas exortas principe eorum atque duce paulo ante mortuo. quod quum ego audissem similesque turbas etiam in Arabes grassari viderem, quum nuper mortuo Pharaone Aegyptio filii eius de regno inter se dissiderent et Aegyptiorum Arabumque res ubique miscerent, celerrime inde profectus in Ciliciam recessi, maximam atque opulentissimam terram, situ atque natura praeclaram, ubi quum alias multas praeclaras urbes inter seque vicinas inveni, tum Tarsum prae ceteris egregiam, ubi etiam Antiochiae patriarcha plerumque sedem suam habet. huic enim urbi quum aliae amoenitates atque commoda suppetunt, tum Cydnus flumen placide eam

ἐκεῖνον τὸν μέγαν, εἰς ἐπιθυμίαν ἐκ μόνης τῆς θέας ἐληλυθότα, λούσασθαι.

Ἐκεῖνον δ' ἔτι καὶ πλείω τοιαῦτα συνείρειν βουλόμενον ἔγωγε ἐπισχὼν, καὶ τὸ τῆς διηγήσεως τεμὼν συνεχὲς, ἀναλαβεῖν τὸν λόγον ἐκέλευον αὖθις καὶ ἀνερωτῶντί μοι ἀποκρίνεσθαι πατριαρχῶν τε πέρι καὶ ἐπισκόπων, ὅσοι διέπειν καὶ διοικεῖν τὰς ἐπαρχίας ἐκείνας τὸν ἱερώτερον ἔλαχον τρόπον. καὶ ἐμεμφόμην ἐπιεικῶς τῆς λήθης τὸν ἄνδρα, ὅτι τῶν μὴ πάνυ τι ἀναγκαίων ἔμοιγ' ἀκούειν ἐν φροντίδι ποιησάμενος τῇ μεγίστῃ διεξιέναι, ὧν ἡμῖν ἐς τὰ μάλισθ' ὑπῆρχε μανθάνειν ἀνάγκη, καὶ ὧν εὐσεβείας ἕνεκα ἑσπέρας καὶ πρωῒ καὶ μεσημβρίας ἀκούειν ἥδιον ἔδοξεν ἄν μοι ἢ Κροίσου τοῦ Λυδοῦ χρυσῶν μοι χοίνικας παρεχομένου, τούτων δ' αὐτὸς τὴν μνήμην λήθης μακροῖς πυθμέσιν ἐκάλυψεν, ὥσπερ ἂν εἰ μὴ αὐτὸς ἦν ὁ προοίμια τῶν σφετέρων πεπραχὼς διηγήσεων τὰ τῆς ἐκκλησίας ναυάγια, ὅτι τῶν πατρίων νομίμων τῆς εὐσεβείας
f. 99 b. *ἐπίπροσθεν τὰ τοῦ Παλαμᾶ καινά τε καὶ ἔκθεσμα παρεισρέοντα πεφώρακε δόγματα, καὶ ταύτην ἐπιεικῶς αἰτίαν τιθέμενος τῆς τε τῶν πολιτικῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον πραγμάτων ἀνατροπῆς καὶ ἅμα τῆς ἐντεῦθεν ἀκουσίου φυγῆς ἑαυτοῦ. καὶ τίνα γὰρ ἄλλην ἐχρῆν σε συναγαγεῖν ἱστορίαν, βέλτιστε φίλων, ἔφασκον, Ἀγαθάγγελε; τίνα δ' ἄλλην κρείττω καὶ τιμιωτέραν ταύτης ᾠήθης ἐμοὶ κομιεῖν ἀφήγησιν ἔξωθεν, καὶ*

praeterfluens, in quo flumine Alexander Magnus solo eius adspectu cupiditate incensus sese lavasse dicitur.

Quum vero ille huiusmodi plura referre mihi vellet, equidem eum prohibebam et narrationis huius continuatione incisa ab eo petebam, ut ad sermonem reversus responderet mihi interroganti de patriarchis et episcopis, qui illas provincias ratione sanctiore gubernandi atque administrandi munus sortiti essent. homini autem valde oblivionem in opprobrium verti, quod res quidem non ita mihi auditu necessarias narrare tam enixe studeret, memoriam autem earum rerum, quae nobis maxime cognoscendae essent et quas pietatis causa vespera et mane et meridie audire dulcius mihi videretur quam si Croesus Lydus auri mihi modios largiretur, oblivione profundissima obruisset, quasi non ipse esset is, qui initium suarum narrationum ab ecclesiae naufragiis duxisset, quod pro patriis religionis institutis Palamae nova atque illegitima dogmata irrepere vidisset idque ipsum pro causa conversionis rerum publicarum in deteriorem conditionem suaeque involuntariae fugae habuisset. „quamnam vero aliam, inquam, optime amicorum Agathangele, debebas colligere? quam aliam narrationem hac

ἅμα τῶν ὀρθοδόξων τοῖς ἐνταυθοῖ πατριώταις ἡδονῆς τῆς βελτίστης ἐφόδια, λίαν ἐφιεμένοις ἅπασι μαθεῖν ὅπως κἀκείνους ἡ φήμη τῶν ὧδε συμφορῶν τῆς τοῦ θεοῦ διέθηκεν ἐκκλησίας, γραφαῖς τερατώδεσι τῶν ἐνταῦθα δυναστευόντων τοὺς πανταχῇ τῆς οἰκουμένης εὐσεβεῖς ἐπειγομένων ἐξαπατᾶν, καὶ φιλονεικούντων τὴν πανταχόθεν ἑταιρείαν τε καὶ ὁμολογίαν τῆς τοιαύτης κακίας οἷόν τι καρποῦσθαι τρόπαιον.

Ταῦτ' ἐμοῦ γε διεξιόντος, ὑπολαβὼν ὁ Ἀγαθάγγελος, 3
ἐμοὶ δὲ βέλτιον, ἔφησε, δέδοκται, θεία μοι κεφαλή, τελευτῶντός μοι τοῦδε τοῦ λόγου διεξελθεῖν εὐθὺς ἀπολαβόντι χωρὶς ἐκεῖνα, μηδενὸς τοῦ συγχεῖν δυναμένου σφίσιν ὅλως συνυπακουομένου, ὅπως ποτ' ἐπὶ νοῦν εἰληφότι διεστάναι τῶν καθόλου καὶ κοσμικῶν ἁπλῶς εἰπεῖν τὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας, καὶ ἰδίαν μὲν εἶναι ταυτηνὶ πραγματείαν ἰδίαν δ' ἐκείνην, καὶ ἄλλων ἑκατέραν ὡς τὰ πολλὰ καὶ οὐ τῶν αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ σὺ διπλοῦν ἀνθ' ἁπλοῦ τὸν πόνον ἀναδέχεσθαι εἷλου, καὶ ἃ τὸν αὐτὸν ἐν ἑκατέροις συμπίπτει γίνεσθαι χρόνον βίβλῳ μιᾷ συντιθέναι σοι δέδοκται, οὐκ ἂν οὐδ' αὐτὸς οὐδαμῇ γε ὀκνήσαιμι τὰ τῆς αὐτῆς ἐν ταὐτῷ περιόδου διεξιέναι συλλήβδην, ἐπεὶ καὶ τρόπον ἕτερον πρότερον (εἰρήσεται γὰρ τἀληθές) ἐδεδίειν μάλα αὐτὸς ἐκείνως διεξιέναι, καὶ μιγνύων τοῖς τοι-

praestantiorem atque pretiosiorem putabas mihi extrinsecus afferre posse? quod aliud pulcherrimae voluptatis adiumentum nostris popularibus orthodoxam hic fidem tuentibus? qui quidem cuncti vehementer cupiant scire, quomodo tantae calamitatis, quanta dei ecclesia afflicta est, fama illorum animi affecti fuerint quum scriptis monstrosis ii, qui tum dominabantur, pios homines toto orbe terrarum in fraudem inducere anniterentur omniumque societatem atque consensum quasi tropaeum quoddam tantae improbitatis sibi parare ambitiose studerent.“

Quod quum ego dixissem, Agathangelus sermonem excipiens: „mihi, inquit, melius visum est, o divinum caput! in fine huius narrationis illa seorsim pertractare atque persequi, ubi nihil prorsus, quod res confundere atque turbare posset, subaudiendum esset; qua quidem in re sic fere statuebam, historiam universalem et secularem, ut breviter dicam, differre ab historia ecclesiastica et utriusque descriptionem peculiarem atque separatam esse, utramque diversas plerumque res, non easdem complecti. quum autem tu duplicem laborem pro simplici in te suscipere volueris et quae eodem tempore in utroque genere eveniant, una comprehendere scriptione constitueris, ne ego quidem ullo pacto res eodem temporis spatio gestas coniunctim persequi dubitaverim, ut qui iam antea ut verum tibi dicam, res ista ra-

οἶσδε τὰ μὴ τοιάδε τὴν σὴν ἀκοὴν ἀποκναίειν, καὶ ταῦτα νῦν οὕτω λύπης ἔχοντος ἄλλως, ὅτε μάλιστα πάντων ἅπαντ' ἐκεῖνα μνήμης ἁπάσης ὄπισθε ποιεῖσθαι οὐκ ἔστιν ὅθεν οὔ καὶ ὅπως οὐ βεβούλημαι, οἷς βάρους ἐνέστακται πρόφασις ὁπωσοῦν καὶ ὁθενοῦν. νῦν δ' ἐπειδὴ σοί γε τοῦθ' ἥδιον ἐκείνου πολλῷ μανθάνω δοκεῖν, ἄσμενος κἀγὼ λοιπὸν αὐτίκα μάλα τὴν σὴν τῆς ἐμῆς ἀνθαιρήσομαι βούλησιν. καὶ τί γὰρ ἄλλο τῶν ἄλλων δόξειεν αὖ εὐδαιμονέστερον ἔμοιγε νῦν ἢ σοί γε τὰ τοιαῦτα χαρίζεσθαι τῶν διηγημάτων, ὧν ἐμοὶ μὲν ῥᾷον οὐδέν, σοὶ δὲ βέλτιον οὐδέν.

Hic dictis quidam ex iis, qui in concilio erant, amicissimi Palamae et consentientes cum eo et socii, insurrarunt ad aurem Gregorae, ne illuderet neve adeo irrideret episcopum capillis canescentibus. aliquantulum igitur Gregoras desinens et dicto audiens orationem denuo suscepit. sunt quidem, inquit, linguae mutationes animi mutationum signa: et literae mutationum linguae, quae quidem cum a natura sit inarticulata, articulata est compositione, auxilio nominum et verborum ab hominibus posteris inventorum. prima enim quoniam natura simplicia sunt, etiam priora tractatis et compositis veritatis censuit esse ratio. priores igitur linguae significantibus nominibus verbisque sunt animi mutationes sive cogitata, insita enim sunt cogitata et ex innato fonte manant: illa autem postera et adscita! quibus non opus esset hominibus, si facultas suppeteret demonstrandi sibi invicem animi motiones. necesse est enim, ait Dionysius magnus, scire secundum id quod verum est, nos literis et syllabis et verbis et scripturis uti propter animadversiones, cum ubi animus noster intelligendi viribus ad ea quae intelligi possunt movetur, cum animadversis relinquantur animadversiones. cum enim carne circumdata natura nostra

σθαι, φανερωθῆναι μὴ δυναμένων, ἀναγκαίως" ἔφη Γρηγόριος "καθάπερ σημείοις τοῖς πράγμασι τὰς ποιὰς τῶν ὀνομάτων θέσεις ἐπιβάλλοντες, δι' ἐκείνων τὰς τοῦ νοῦ κινήσεις ἀλλήλοις δημοσιεύομεν. καὶ τούτου χάριν τῷ μέν τινι τῶν ὄντων ὄνομα οὐρανὸν ἐθέμεθα, ἑτέρῳ δὲ γῆν καὶ ἄλλῳ ἄλλο τι. καὶ τὸ πρός τι πῶς ἔχειν ἢ τὸ ἐνεργεῖν ἢ τὸ πάσχειν, ταῦτα πάντα ἰδιαζούσαις ἐπισημαινόμεθα ταῖς φωναῖς, ὡς ἂν μὴ ἀκοινώνητός τε καὶ ἄγνωστος ἡ τοῦ νοῦ κίνησις ἐν ἡμῖν μένοι. εἰς γὰρ γένεσιν ὁ θεὸς παράγων τὸν ἄνθρωπον νοῦν παρέσχε καὶ αἴσθησιν. ὧν ὁ μὲν νοῦς ταυτότητα σώζων πρὸς τὰ ἐν κόσμῳ πράγματα φωνῆς οὐ δεῖται, ἀλλ' ἄμεσον τὴν τούτων κέκτηται γνῶσιν. ὡς γὰρ ἔχουσι φύσεως ταῦτα, νοεῖ τὸν ἐφικτόν γε τρόπον αὐτόθεν· ἡ δὲ χρεία κοινωνεῖν τῶν πραγμάτων ἀλλήλοις τοὺς ἀνθρώπους βιαζομένη, καὶ τὰ τῆς ὀρεκτικῆς ψυχῆς ἐξαγγέλλειν ἀπόρρητα, μεσίτῃ νοήσεως καὶ πραγμάτων διέγνωκε χρήσασθαι τῇ αἰσθήσει· αὕτη γὰρ τοῖς οἰκείοις ὀργάνοις τοὺς τῶν ἔξω πραγμάτων τύπους ἀναλαμβάνουσα καὶ οἷον βιβλίῳ τῷ φανταστικῷ τῆς ψυχῆς καταγράφουσα, εἰκόνας φησὶν ἀντὶ πρωτοτύπων, αὐτόθι ταύτας ἐγκαθιδρύει, σύμφωνα τοῖς νοήμασι τὰ πράγματα σπεύδουσα δρᾶν. διὸ καὶ φωνῆς ἐδεήθη δυνα- 26
μένης ἐξομοιοῦσθαι μὲν τοῖς νοήμασιν ἐφαρμόζεσθαι δὲ τοῖς πράγμασι. τοῦτο δ' οὐκ ἄλλως ῥᾴδιον ζώῳ γίνεται λογικῷ, πλὴν δι' ἐνάρθρου φωνῆς, ὑπὸ συνθήκης ἀνδρῶν εὐφυῶν

circumcludatur, ita ut non possimus nos declarare, necessario, ait Gregorius, tanquam signis rebus qualescunque nominum compositiones imponimus hisque animi motiones nobiscum invicem communicamus, quamobrem alii rei nomen imponimus coeli, alii nomen terrae, aliis alia, et ad aliquid referri sive agere sive pati, haec omnia propriis significamus vocibus, ne incommunis et incomperta animi motio inter nos sit. cum enim creatum hominem adduceret, rationem ei tribuit et animadversionem, quarum ratio eandem conditionem retinens cum rebus, quae in mundo sunt, lingua non eget, sed ipsam harum cognitionem sibi comparat, ut enim quaeque est harum natura, cognoscit quod intelligi potest natura sua ex re ipsa, usus autem, qui homines cogebat ut res secum invicem communicarent et animi cupientis arcana enunciarent uti statuit animadversione, quae cognitionem rebus componeret. haec enim aptis instrumentis rerum externarum formas recipiens et tanquam in libro ficto animi inscribens simulacra, ait, pro exemplaribus ibi haec deponit, operam dans, ut congruas cum cogitatis res reddat, quamobrem etiam voce indiguit, quae formari posset

εἰδοποιηθείσης πρὸς ἄλλην καὶ ἄλλην θρησκείαν τε καὶ διάλεκτον, ὡς συμβαίνειν ἐντεῦθεν μὴ παρὰ πᾶσιν ὡσαύτως ἔχειν αὐτήν, ἀλλ' ἄλλην εἶναι παρ' ἄλλοις ἀεί, καὶ οὕτω μεσοῖιν, ὡς ἔφην, ἀμφοῖν γινομένην τὴν τῆς ἐνάρθρου χρείαν φωνῆς, τὴν τοῦ ἀκούοντος τῇ τοῦ λέγοντος συνάπτειν εὐστόχως διανοίᾳ κατὰ τὸ ἀνάλογον ἑκάστην ἑκάστῃ· μορφουμένη γὰρ αὕτη καὶ διαπλαττομένη ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασι λόγος γίνεται σχήμασι ποικίλοις καὶ ἀρχαῖς καὶ πέρασιν ὁρίζων τὸ τῆς ὕλης ἀόριστόν τε καὶ ἄφετον, καὶ οὕτω τοῖς ἔξω τὴν ἔνδον ἑκάστου βούλησιν ἀπαγγέλλων. πλὴν οὐχ ὡς ἔτυχεν ἀτάκτως φέρεσθαι καὶ κατὰ τὴν ἑκάστων διάφορον θέλησιν
f. 138 v. *ἡ σοφία κατόπιν ἐληλυθυῖα παρὰ θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἀφῆκεν, ἀλλὰ νόμοις καὶ κανόσιν ὑπέζευξε ταύτην κατὰ τὰς παρ' ἑκάστοις συνθήκας. ὧν ἐνίαις ἐνίοτε καὶ ἐνιαχοῦ μὴ μόνον κατὰ θρησκειαν τὰς σημασίας ἕπεται διαιρεῖν, ἀλλὰ καὶ καθ' ὁμωνυμίας καὶ πολυωνυμίας. δυοῖν γὰρ θάτερον, ἢ διαφόροις ὀνόμασι τὰ αὐτὰ τοῖς τῇ αὐτῇ διαλέκτῳ χρωμένοις γνωρίζονται πράγματα, ἢ μιᾷ προσηγορίᾳ τὰ διάφορα τῶν πραγ-*
37 *μάτων, ἢ τούτων μὲν οὐδετέροις ἕτερά γε μὴν ἑτέροις. τούτων δ' οὕτως ἐχόντων καὶ οὑτωσὶ προδιαληφθέντων ἀνακτέον ἂν εἴη τὴν γλῶτταν ἡμῖν εἰς τὸ πρότερον ἴχνος τοῦ λόγου. τὸ δέ ἐστι δεῖξαι τὴν τῶν πολλῶν ἐκείνων ὀνομάτων ὁμόνοιάν τε καὶ συμφωνίαν καὶ πρὸς τὸ κυρίως ἓν ἀναφοράν,*

ad similitudinem cogitatorum, accommodari autem rebus, quod alio nullo modo facilius est animali ratione praedito quam voce articulata, quae formata est consensione hominum ingeniosorum ad aliam aliamque superstitionem et dialectum, ut inde intelligatur, non apud omnes eandem esse eam, sed aliam apud alios semper, itaque cum componat, ut ait, ambo, usum articulatae vocis notionem audientis accurate aptare secundum similitudinem notioni loquentis omnem omni, haec enim formata et expressa verbis et nominibus oratio fit, quae formis variis et initiis et finibus definiat materiam indefinitam et dissolutam et ita externis internam cuiusque voluntatem enunciet, tamen eam casu et sine ordine ferri et secundum cuiusque diversam voluntatem sapientia postea a deo aggressa hominibus non concessit, sed legibus et regulis subiunxit eam secundum eas quae apud quosque crant consensiones, quarum nonnullis interdum non solum secundum superstitionem significationes sequitur ut tribuamus, sed etiam secundum nomina eadem et multa. alterutrum enim, aut diversis nominibus eaedem res ab iis qui eadem dialecto utuntur declarantur, aut una significatione diversae res aut horum neutris [alia nimirum aliis]. quae

δηλαδὴ τὴν θείαν ἐκείνην καὶ μακαρίαν οὐσίαν, καὶ μὴ κατ' Εὐνόμιον ἐκεῖνον τὸν δυσσεβῆ, τὸ τῆς ἀγεννησίας ὄνομα θεότητος ὕπαρξιν λέγοντα, καὶ σέ, θεότητας ταῦθ' ὑφειμένας ἡγεῖσθαι πάντα, διαφόρους τῆς οὐσίας καὶ ἀκτίστους, ἀνθρώπων ὄντα εὑρήματα καὶ ποιήματα. αὐτίκα γὰρ πρὸς ἐκεῖνον ὁ μέγας φάσκει Βασίλειος "τὸ ἀγέννητος εἰ ὄνομα, οὐκ οὐσία· τῶν γὰρ οὐσιῶν σημαντικὰ τὰ ὀνόματα, οὐκ αὐτὰ οὐσίαι. εἰ δ' αὐτὸ οὐσία τὸ ἀγέννητος, λεγέτωσαν τὸ ὄνομα αὐτῆς· οὐ γὰρ ἐκ τῶν οὐσιῶν ἀλλ' ἐκ τῶν ὀνομάτων καὶ ἐκ τῶν ἐνεργειῶν γνωρίζομεν καὶ μάλιστα τὰ ἀσώματα." ὁρᾷς ἐκ τοῦ παρήκοντος πῶς ἐκ τῶν σωματικῶς θεωρουμένων ἐνεργειῶν φησίν, εἴτουν ἔργων καὶ ποιημάτων, γνωρίζειν ἡμᾶς τὰ ἀσώματα καὶ μὴ φαινόμενα; ἄκουε δ' ἐπὶ τούτοις τί καὶ ὁ Νυσσαέων περὶ ὀνομάτων φάσκει Γρηγόριος. "ἡ θεία φύσις ὅτι ποτὲ κατ' οὐσίαν ἐστί, μία ἐστὶν ἁπλῆ καὶ μονοειδὴς καὶ ἀσύνθετος καὶ ὑπὲρ τὴν αἰσθητικὴν ἡμῶν κατάληψιν. καὶ ἐπειδὴ μόνα τὰ γινωσκόμενα διὰ τῆς ὀνομαστικῆς σημειούμεθα κλήσεως, τὰ δ' ὑπὲρ τὴν γνῶσιν ὄντα σημειωτικαῖς τισὶ προσηγορίαις διαλαβεῖν οὐχ οἷόν τε, πολλοῖς καὶ διαφόροις ὀνόμασιν, ὅπως ἂν ᾖ δυνατόν, ἀνακαλύψαι βιαζόμεθα τὴν ἐγγινομένην ἡμῖν περὶ τοῦ θείου ὑπόνοιαν."

B

cum ita sint itaque praeiudicata, repetenda fortasse est lingua nobis e priore vestigio orationis, h. e. demonstranda est multorum illorum nominum concordia et concentus et quae sit eorum ad unum quod proprie sic dicitur relatio, ad divinam nimirum illam et beatam essentiam, neque sequundum Eunomium illum impium qui non geniti nomen divinitatis substantiam dicit, neque secundum te putandum est, divinitates summissas omnino diversas ab essentia et increatas esse inventas fictasque ab hominibus. statim enim contra illum Basilius magnus ait: "non genitum" si nomen est, non est essentia, essentiarum enim significantia sunt nomina, non ipsa essentiae, sin autem ipsum "non genitum" est essentia, dicunto nomen eius: non enim ex essentiis sed e nominibus et efficientiis intelligimus et maxime incorporea. vides ex iis, quae accedunt, dicere illum ex efficientiis corporis instar inspectis sive factis et operibus nos declarare incorporea et quae non cernuntur. accipe praeterea quae etiam Gregorius Nyssaeus de nominibus dicat: natura divina, quidquid est ratione essentiae habita, una est simplex et uniformis et incomposita et extra nostram animadversionem. et quoniam sola quae intelliguntur nominum vocibus significamus: quae autem supra intelligentiam sunt, non possumus significantibus appellationibus complecti, multis et diversis nominibus quatenus licet revelare cogimur insitam nobis de numine di-

διὸ κύριον αὐτόν, θεόν, δίκαιον, ἰσχυρόν, μακρόθυμον, ἀληθινόν, ἐλεήμονα, καὶ τὰ παραπλήσια, πολυωνύμως ἢ τό γε ἀκριβέστερον εἰπεῖν ἑτερωνύμως, κατονομάζομεν. τὰ δὲ τοιαῦτα ὀνόματα θέσει πάντως εἰσὶ καὶ οὐ φύσει, ὡς ἡμεῖς προδεδείχαμεν. καὶ ὁ μέγας ἀλλαχῇ φησὶν Ἀθανάσιος ὅτι f. 139r. καὶ τὸ θεὸν εἶναι δεύτερόν ἐστι τῆς φύσεως. καὶ ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος ὅτι οὐ φύσις θεῷ ἡ ἁπλότης· τὸ μὲν γὰρ τὴν θεατικὴν αὐτοῦ παρίστησι δύναμιν, τὸ δὲ τὸ μὴ εἶναι σύνθετον. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν οὐδὲν τῶν ὀνομάτων ἐστὶν ὃ μὴ δεύτερόν ἐστι τῆς θείας φύσεως. περιγεγραμμένος γάρ τις ὅρος οὐσίας καὶ φύσεως γίνεται τοὔνομα, ἡ δ' ἀπερίγραπτος ἐκείνη φύσις περιγραφαῖς ὀνομάτων δουλεύειν οὐ δύναται. καὶ ἐν ἑτέρῳ δ' ὁ θεῖος Νυσσαέων Γρηγόριος περὶ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων οὕτω φησίν. "εἰ προϋφέστηκε τῶν ἐνεργειῶν ἡ οὐσία, νοοῦμεν δὲ τὰς ἐνεργείας δι' ὧν αἰσθανόμεθα, ῥήμασι δὲ ὅπως ἂν ᾖ δυνατὸν ἐξαγγέλλομεν, τίς ἔτι καταλείπεται φόβος νεώτερα τῶν πραγμάτων τὰ ὀνόματα λέγειν; εἰ γὰρ μὴ πρότερόν ἑρμηνεύομέν τι τῶν περὶ θεοῦ λεγομένων πρὶν ἂν νοήσωμεν, νοῶμεν δὲ δι' ὧν ἐκ τῶν ἐνεργειῶν διδασκόμεθα, προϋφέστηκε δὲ τῆς ἐνεργείας ἡ δύναμις, ἡ δὲ δύναμις ἐξήρτηται τοῦ θείου θελήματος, τὸ δὲ βούλημα ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τῆς θείας ἀπόκειται φύσεως, ἆρ' οὐ

vino cogitationem. quamobrem dominum eum, deum, iustum, potentem, clementem, verum, misericordem, taliaque multis, sive, id quod accuratius dicitur, aliis nominibus vocamus. talia autem nomina omnino compositione neque vero natura sunt facta: quod supra a nobis demonstratum est. et alibi Athanasius magnus ait, τὸ deum esse secundum est a natura. et magnus in rebus divinis quaerendis Gregorius: simplicitas deo non est natura; alterum enim in eo statuit vim videndi, altera non esse (unum) compositum. atque uno verbo nullum nomen est quod non secundum sit a natura divina. circumscriptus enim quodammodo finis essentiae et naturae est nomen: illa autem non circumscripta natura circumscriptionibus nominum inservire non potest. et alio loco divinus Gregorius Nyssaeus de iisdem nominibus haec dicit. si prior efficientiis erat essentia, efficientias autem eas intelligimus, quas animadvertimus, has autem, quatenus licet, verbis enunciamus, qui iam relinquitur timor, cur non posteriora rebus nomina dicamus? etenim si non antea explicamus quidquam eorum, quae de deo dicuntur, quam intelligamus, ex iis autem intelligimus, quae ex efficientiis cognoscimus, efficientia autem prior est vis, vis autem pendet ex voluntate divina, voluntas autem in facultate divinae posita est naturae, nonne aperte cognoscimus, accedere

σαφῶς διδασκόμεθα ὅτι ἐπιγίνονται τοῖς πράγμασιν αἱ σημαντικαὶ τῶν ὀνομάτων προσηγορίαι, καὶ ὥσπερ σκιαὶ τῶν πραγμάτων εἰσὶν αἱ φωναί, πρὸς τὰς κινήσεις τῶν ὑφεστώτων σχηματιζόμεναι; καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, πείθει σαφῶς ἡ θεία γραφὴ διὰ τοῦ μεγάλου Δαβὶδ τοῦ καθάπερ διά τινων ἰδίων προσφυῶν ὀνομάτων τῶν ἐκ τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ νοηθέντων τὴν θείαν φύσιν ἀνακαλοῦντος· "οἰκτίρμων" γάρ φησι "καὶ ἐλεήμων ὁ κύριος, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος". ταῦτα τοίνυν τί λέγουσιν, ἐνεργείας ἔχειν τὴν σημασίαν ἢ φύσεως; οὐκ ἄν τις ἄλλο παρὰ τὴν ἐνέργειαν εἴποι. πότε τοίνυν ἐνεργήσας τοὺς οἰκτιρμοὺς ὁ θεὸς καὶ τὸν ἔλεον, ἔσχεν ἐκ τῆς ἐνεργείας τὸ ὄνομα; ἆρα πρὸ τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς; καὶ τίς ἦν ὁ τοῦ ἐλέους δεόμενος; ἀλλὰ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν πάντως. ἡ δ' ἁμαρτία μετὰ τὸν ἄνθρωπον· οὐκοῦν μετὰ τὸν ἄνθρωπον καὶ ἡ τοῦ ἐλεεῖν ἐνέργεια καὶ τὸ τοῦ ἐλέου
ὄνομα." ὁρᾷς; διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁμώνυμα γίνεται καὶ μεθ- 31
αρμόζεται κατὰ τοὺς τῆς ἀνθρωπίνης βουλήσεως κανόνας καὶ νόμους. καὶ οὐκ ἐφ' ἑνὸς ἀλλ' ἐπὶ πλείστων τε καὶ διαφόρων ὑποκειμένων ἕκαστον ἓν ὂν λέγεται ὄνομα, τὸ πλεῖστον εἰπεῖν. οἷον ἐπὶ ὑποδείγματος, περὶ βουλήσεως εὕροι τις ἂν
τοὔνομα ποτὲ μὲν ἐπὶ τῆς ἀκτίστου φύσεως τοῦ υἱοῦ λαμβα- f. 139 v.
νόμενον, ποτὲ δ' ἐπὶ τῶν κτισμάτων παρὰ τῶν ἁγίων, ὡς ὁ μέγας Ἀθανάσιος κατὰ Ἀρειανῶν γράφων φησὶν ὡς οἱ ἀσε-

rebus significantes nominum appellationes? et tanquam umbrae rerum sunt voces ad motiones suppositorum formatae. et haec ita se habere nobis persuadet aperte divina scriptura per magnum Davidem, qui quibusdam propriis et insitis nominibus ex efficientia eius intellectis divinam naturam vocat. misericors enim, ait, et miserens est dominus: clemens et miserationis plenus. haec igitur, quid dicunt, efficientiae obtinere significationem aut naturae? nemo, puto, aliud quidquam quam efficientiam dicet. quando igitur efficiens misericordiam et miserationem accepit ab efficientia nomen? num ante hominum vitam? sed quis tum miseratione indigebat? immo omnino post peccatum commissum. peccatum autem est post hominem creatum: igitur post hominem creatum etiam miserandi efficientia orta est et miserationis nomen. viden'? propterea enim et eadem nomina fiunt et accommodantur secundum hominum voluntatis regulas et leges: neque in uno sed in plurimis et diversis, quae supposita sunt, quodque nomen, quamquam unum est, tamen dicitur plurimum significare, ut exempli gratia, de voluntate reperias nomen interdum in natura increata filii usurpatum, interdum autem in creatis a sanctis,

βεῖς οὐ θέλουσι λόγον καὶ βουλὴν ζῶσαν εἶναι τὸν υἱόν, περὶ δὲ τὸν θεὸν βούλησιν καὶ φρόνησιν καὶ σοφίαν ὡς ἕξιν συμβαίνουσαν καὶ ἀποσυμβαίνουσαν. καὶ ὁμοίως Ἰωάννης ὁ ἐκ Δαμάσκου βούλησιν καὶ σοφίαν καὶ δύναμιν τὸν υἱὸν εἶναι λέγει τοῦ πατρός· οὐ χρὴ γὰρ λέγειν ἐπὶ θεοῦ ποιότητα, ἵνα μὴ σύνθετον αὐτὸν ποιήσωμεν ἐξ οὐσίας καὶ ποιότητος. καὶ πρός γε ὁ Νυσσαέων Γρηγόριος ὄντως σοφίαν καὶ βουλὴν οὐδὲν ἕτερον εἶναι λέγει πλὴν τῆς τοῦ παντὸς προεπινοουμένης σοφίας, ἐν ᾗ τὰ πάντα ἐγένετο καὶ διεκοσμήθη· Χρι-
22 στὸς γὰρ θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία. καὶ τοῦτο μὲν περὶ τοῦ ταὐτὸν εἶναι κατὰ τὸ σημαινόμενον οὐσίαν δύναμιν καὶ βούλησιν καὶ σοφίαν. ἐν ἄλλοις δ' εὑρίσκεται λέγων ὁ θεῖος Μάξιμος ὡς ἡ θέλησις καὶ ἡ βούλησις οὐκ ἐστὶ ταὐτὸν τῇ οὐσίᾳ τοῦ θεοῦ. "ἡ μὲν γὰρ θέλησις καὶ ἄρχεται καὶ παύεται, ἡ δὲ οὐσία οὔτε ἄρχεται οὔτε παύεται. τὸ δ' ἀρχόμενον καὶ παυόμενον τῷ μήτε ἀρχομένῳ μήτε παυομένῳ τὸ αὐτὸ εἶναι οὐ δύναται. εἰ γὰρ ταὐτὸν ἦν τῇ οὐσίᾳ τοῦ θεοῦ ἡ βούλησις, ἐχρῆν μιᾶς οὔσης τῆς οὐσίας μίαν εἶναι καὶ τὴν θέλησιν. ἀλλ' ἡ γραφὴ πάντα φησίν, ὅσα ἠθέλησεν, ἐποίησε. πολλὰ οὖν ἠθέλησε καὶ οὐχ ἕν". καὶ ὁμοίως ὁ θεῖος Κύριλλος "ἡ ἑνὸς" φησι "τῶν ὠνομασμένων, πατρὸς λέγω καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, δημιουργικὴ θέλησις, ἐφ' ὅτῳ περ ἂν λέγοιτο γενέσθαι τυχόν, ἐνέργημα μὲν

ut Athanasius magnus contra Arianos scribens dicit: impii non statuunt filium esse rationem et voluntatem vivam, sed in deo voluntatem et cogitationem et sapientiam tanquam habitum convenientem et discedentem. et simili ratione Ioannes Damascenus voluntatem et sapientiam et vim filium esse dicit patris. non enim possumus praedicare de deo qualitatem, ne compositum eum fingamus ex essentia et qualitate. et praeterea Gregorius Nyssaeus dicit: re vera sapientiam et voluntatem nihil esse quam sapientiam, universum praemeditatam, in qua universa facta sint et adornata. Christus enim dei est vis et dei sapientia. atque hoc quidem sufficiat de eo, quod idem est ex significatione essentia, vis et voluntas et sapientia. ex aliis reperimus dicentem Maximum divinum: consilium et voluntas non sunt idem atque essentia dei; voluntas enim et incipit et desinit, essentia autem neque incipit neque desinit, quod autem incipit et desinit, cum eo, quod neque incipit neque desinit, idem esse non potest. etenim si idem esset cum essentia dei voluntas, oporteret cum una sit essentia, unam esse etiam voluntatem. sed scriptura, omnia, inquit, quaecunque voluit, creavit. multa igitur voluit, neque vero unum. et simili ratione Cyrillus divinus, voluntas, inquit, unius nominatorum, patris dico et filii et

αὐτοῦ ἐστί· πλὴν διὰ πάσης ἔρχεται τῆς θεότητος, καὶ τῆς ὑπὲρ τὴν κτίσιν οὐσίας ἐστὶν ἀποτέλεσμα". ὁρᾷς πῶς ἡ τῶν 33 ὀνομάτων καὶ ῥημάτων γνῶσις ἐπιστημονική, δι' ὧν λόγοι καὶ ἀποφαντικὰ δόγματα πάντα πρὸς γένεσιν ἔρχονται, μεγάλης δεῖται τῆς περινοίας καὶ ἐξετάσεως; ὁμώνυμα γάρ ἐστι τὰ πολλά. καὶ διὰ τοῦτο πάντες οἱ τῶν αἱρετικῶν θίασοι, τούτοις ἐγκαλυπτόμενοι, τοξεύουσι κατ' ἄλλοτ' ἄλλους καιροὺς ἀφανῶς τὴν εὐσέβειαν ὡς ἐκ λόχμης· ᾧ δὴ καὶ λέγων καὶ γράφων καὶ αὐτὸς κέχρησαι τολμήματι παντάπασι κατὰ τῶν θείων δογμάτων μάλιστα πάντων ἐκείνων, καὶ οὔτε τὴν τὰ πάντα βόσκουσαν ἡλίου φλόγα μάρτυρα τῆς πονηρίας ἔχων αἰσχύνῃ, οὔτε μὴν τὸν τοῦ ἡλίου δημιουργὸν οὔτ' ἀνθρώπων οὐδένα.

Καὶ ἵνα σε καὶ τὴν τῆς ἐνεργείας διδάξω φωνὴν οὖ- 34 σαν μᾶλλον τῶν ὁμωνύμων αὐτήν, καὶ λαμβανομένην καὶ f. 140 r. ἐπ' ἄλλων μὲν ἀλλὰ κἀπὶ τῆς θείας ἐκείνης καὶ μακαρίας οὐσίας καὶ φύσεως, ὅταν ἀπροσδιορίστως λέγηται, τοῦ θείου πρῶτον ἄκουε Μαξίμου. "ἡ αὐτοϋπεραγαθότης νοῦς οὖσα καὶ ὅλη ἐνέργεια εἰς ἑαυτὴν ἐστραμμένη ἐνέργειά ἐστιν, οὐ δυνάμει πρότερον οὖσα ἀφροσύνη, εἶτα νοῦς ἐνεργείᾳ γενομένη· ὅθεν καὶ νοῦς ἐστὶ μόνος καθαρός, οὐκ ἐπίκτητον ἔχων τὸ φρονεῖν, ἀλλὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντως νοεῖ. εἰ γὰρ ἡ μὲν οὐσία αὐτοῦ ἄλλη ἐστίν, ἃ δὲ νοεῖ ἕτερα αὐτοῦ ἐστίν,

spiritus sancti, creans apud quemcunque esse dicitur, factum eius est, sed per totam divinitatem est fusa et essentiae, quae est ante creationem, est perfectio. vides, nominum et verborum cognitionem philosophicam, a quibus notiones et dogmata constituta omnia oriuntur, magnam requirere prudentiam et quaestionem: eiusdem enim nominis sunt plerumque. et propterea omnes haereticorum coetus, his involuti, petunt diversis temporibus obscure pietatem tanquam ex insidiis, qua et ipse usus es audacia et dicendo et scribendo omnino maxime contra dogmata divina omnia illa, ac neque pascentem omnia solis ignem, quem testem habes pravitatis tuae, vereris, neque solis creatorem neque hominum quenquam.

Et ut te etiam efficientiae edoceam vocem esse magis eorundem nominum ipsam, et usurpari et in aliis quidem sed et in divina illa et beata essentia et natura, cum indiscrete dicatur, primum divinum audias Maximum: maxima bonitas, quae mens est, et omnis efficientia, in se conversa, efficientia est, cum non secundum potentiam antea sit amentia, postea mens secundum efficientiam fit, itaque etiam mens est sola pura, non adscita usa cogitatione, sed per se ipsam omnino intelligit. etenim si essentia eius diversa est, quae autem

ἀνόητος ἔσται ἡ οὐσία αὐτοῦ· εἴ τι δὲ ἔχει, παρ' ἑαυτοῦ ἔχει, οὐ παρ' ἄλλου. εἰ δὲ παρ' ἑαυτοῦ καὶ ἐξ ἑαυτοῦ νοεῖ, αὐτός ἐστιν ἃ νοεῖ. οὐκοῦν νοῦς ὢν ὄντως νοεῖ τὰ ὄντα ὡς ὤν". ὁρᾷς πῶς ἐνέργειαν καὶ νοῦν καὶ νοεῖν καὶ φρονεῖν, εἴτουν νόησιν καὶ φρόνησιν, ταὐτὸν τῇ οὐσίᾳ δείκνυσιν ὁ θεῖος
85 οὗτος διδάσκαλος; ἄκουε δὲ λοιπὸν καὶ ἑτέραν τοῦ αὐτοῦ ῥῆσιν ὁμοίως ἔχουσαν. "οὐδὲν τῶν ὄντων τὸ σύνολον αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἁπλῆ τις οὐσία ἢ νόησις ἐστίν, ἵνα καὶ μονὰς ᾖ ἀδιαίρετος. τὸν δὲ θεὸν εἴτε οὐσίαν εἴποιμεν, οὐκ ἔχει φυσικῶς συνεπινοουμένην τὴν τοῦ νοεῖσθαι δύναμιν, ἵνα μὴ ᾖ σύνθετος· εἴτε νόησιν, οὐκ ἔχει φυσικῶς δεκτικὴν τῆς νοήσεως ὑποκειμένην οὐσίαν. ἀλλ' αὐτὸ κατ' οὐσίαν νόησίς ἐστιν ὁ θεός, καὶ ὅλος νόησις καὶ μόνον, καὶ αὐτὸ κατὰ τὴν νόησιν οὐσία, καὶ ὅλος οὐσία καὶ μόνον, καὶ ὑπὲρ οὐσίαν ὅλος, καὶ ὑπὲρ νόησιν ὅλος, διότι μονὰς ἀδιαίρετος καὶ ἀμερὴς καὶ ἁπλῆ." καὶ ἀλλαχοῦ "μονὰς γάρ" φησιν "ἡ θεότης, καὶ οὐ δυάς, καὶ τριάς, ἀλλ' οὐ πλῆθος, ὡς ἄναρχος ἀσώματός τε καὶ ἀστασίαστος. καὶ πάλιν "ἐκεῖνο γὰρ φύσει μονώτατον τέλειον, τὸ ἀσύνθετον καὶ ἀσκέδαστον καὶ φεῦγον ἐπ' ἴσης τό τε καθ' ὑπόστασιν μοναδικὸν καὶ τὸ καθ' ὕλην δυϊκὸν καὶ τὸ κατ' οὐσίαν
86 πληθυντικόν." ὁρᾷς πῶς τὸ πληθυντικὴν νοεῖσθαι τὴν τῆς τριάδος ἐνταῦθα φωνήν, παντάπασιν ὁ θεῖος οὗτος ἀπαγορεύει διδάσκαλος; μονὰς γάρ φησιν ἡ τριὰς καὶ οὐ πλῆθος,

intelligit, ab ea diversa sunt, amens sit necesse est essentia eius. si quid autem habet, a se ipsa habet, non ab alio. si a se ipsa, etiam per se ipsam intelligit. ipsa autem est ea, quae intelligit; igitur cum mens sit, re vera intelligit ea, quae ita sunt comparata, ut ea ipsa. vides efficientiam et mentem et rationem intelligendi et cogitandi sive intelligentiam et cogitationem idem esse cum essentia demonstrari a divino illo magistro? accipe autem porro etiam alterum eiusdem dictum eodem modo comparatum: nulla res omnino per se ipsa est simplex essentia aut intelligentia, ut etiam monas sit individua. deum autem sive essentiam dicimus, non habet simul intelligendi vim, nisi forte compositus est, sive intelligentiam, non habet a natura recipientem intelligentiae suppositam essentiam. sed propter essentiam deus est intelligentia, et totus est intelligentia et solum, et propter intelligentiam essentia, et totus est essentia et solum, et propter essentiam totus et propter intelligentiam totus, quapropter monas est individua et indivisa et simplex. et alibi, monas enim, inquit, divinitas est, neque vero dyas et trias, sed non multitudo, initii est expers et incorporea et constans: et rursus. illud enim natura est maxime

καὶ πρός γε μονώτατον καὶ ἑνιαῖον καὶ οὐ πληθυντικόν, καὶ ἐπὶ τούτοις ἁπλοῦν καὶ οὐ μεριστόν. τὸ μὲν γὰρ τέλειον, τὸ δ' ἀτελές. ὃ γὰρ αἴτιον πάντων, ἓν πάντως· καὶ ὃ τῶν πολλῶν καὶ συνθέτων αἴτιον, ἁπλοῦν πάντως καὶ ἀσύνθετον. εἰ γὰρ μὴ ἓν ἐστι, οὐδέν ἐστιν, ὁποτέρωθεν ὁρῴη τις ἄν. καὶ εἰ μὴ ἁπλοῦν, οὐδ' ἐπέκεινα τῶν πολλῶν καὶ συνθέτων. εἰ δ' f. 140 v. ἁπλοῦν, πάντως καὶ ἀδιαίρετον ἅμα καὶ ἀμερές· τῶν γὰρ συνθέτων ἐστὶν ἡ διαίρεσις καὶ διάκρισις εἰς τὰ ἐξ ὧν συνήρηταί τε καὶ συντέθειται τὸ σύνθετον ἐκεῖνο καὶ ἡνωμένον. ὅσα γὰρ τὰ διακρινόμενα, τοσαῦτα τὸ ἡνωμένον ἀφ' οὗ ταυτὶ 87 διακρίνεται· καὶ ὅσα τὰ πολλά, τοσαῦτα τὸ ἓν ἀφ' οὗ διίσταν-ται. τοῦ δ' ἀδιαιρέτου καὶ ἀμεροῦς οὐκ ἔστι λαβεῖν μόριον οὐδέν, οὔτε πρότερον ἄλλων οὔθ' ὕστερον ἄλλων. οὔτε μὴν ἀρχὴν οὔτε πέρας· ἄλλο γὰρ τὸ πέρας καὶ ἄλλο οὗ πέρας, καὶ αὖ ἕτερον ἀρχὴ καὶ ἕτερον οὗ ἀρχή. τοῦτο δὲ συνεχὲς καὶ σύνθετον καὶ ὅλον ἐν σχέσει. ἃ πάντα ἀδύνατα ἐπὶ τῆς ἁπλῆς καὶ ἀσχέτου καὶ ἀμεροῦς ἐκείνης οὐσίας. εἰ δ' ἐκ τῶν ἡμῖν γνωριμωτέρων τὰς ἐν ἡμῖν ἀρρήτους ὠδῖνας εἰς τὴν ἄρρητον, ἵν' εἴπω, συναίσθησιν τῆς ὑπερηφάνου γνώσεως ἐκείνης ἀνάγεσθαι πειρώμεθα, θαυμάζειν ἥκιστα χρή· τοῦτο γὰρ ὡς τὰ

solum, integrum, incompositum et indissolubile et aeque abest a substantiae monade atque a materiae dyade et a multitudine essentiarum. vides omnino hunc divinum vetare magistrum hic vocem triadis tanquam numerum multorum cogitari? trias enim, inquit, est monas, neque vero multitudo, et praeterea maxime solum et unius neque vero multitudinis instar, et praeterea simplex neque vero maximum; alterum enim est perfectum, alterum imperfectum; quod enim omnium est causa, id omnino unum est, et quod multorum et compositorum est causa, simplex omnino est et incompositum. etenim si non unum est, nihil est, unde discernamus, ac si non simplex, idem non est ultra multa et composita, sin autem simplex, omnino est etiam individuum simul et indivisum. composita enim dividi et discerni possunt in ea, ex quibus contractum et compositum est illud compositum et coniunctum. quot enim discernuntur, tot est coniunctum, ex quo haec discernuntur, et quot illa multa, tot hoc unum, a quo distant. individui autem et indivisi non potest comprehendi ulla pars neque quae prior sit aliis neque quae posterior aliis, neque initium neque finis; aliud enim est finis, (et) aliud cuius est finis, et rursus aliud est initium, aliud cuius est initium. hoc autem est semper et compositum et totum in habitu, quae omnia esse non possunt in simplici et immota et indivisa illa essentia. quod autem ex iis, quae nobis magis usitata sunt, nostras ignotas passiones ad ignotam, ut ita dicam, animadversionem

πολλὰ καὶ τοῖς θείοις πατράσιν ἀκώλυτον ἔσχε τὸ συγκεχωρηκός.

38 Ἔχων δ' ἐγὼ καὶ ἕτερα πλεῖστα προσενεγκεῖν σαφῆ καὶ ἀναμφιλέκτως δεικνύντα τῇ οὐσίᾳ ταὐτὸν εἶναι τὴν θείαν ἐνέργειαν καὶ ὅλην ἐνέργειαν καὶ αὐτοενέργειαν, παρίημι διὰ πλῆθος, ἀρκεῖν ἡγούμενος ταῦτα τῇ παρούσῃ σχεδίῳ σχολῇ· εἰρήσεται δ' οὖν ἴσως κἂν τοῖς ἑξῆς, προϊόντος τοῦ περὶ τῆς τοιαύτης ἐνεργείας λόγου. νῦν δὲ δεικτέον ἐστὶ καὶ ὅπως μετὰ προσδιορισμοῦ φασὶν οἱ θεῖοι πατέρες καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐνέργειαν καὶ αὐτοενέργειαν, ἑκάτερον προσηκόντως. καὶ περὶ μὲν τοῦ υἱοῦ ὁ θεῖος οὕτω φησὶν Ἀθανάσιος "οὐκ ἀμφίβολον ὅτι αὐτός ἐστιν ἡ τοῦ πατρὸς ζῶσα βουλὴ καὶ ἐνούσιος ἐνέργεια καὶ λόγος ἀληθινός." περὶ
39 δὲ τοῦ πνεύματος ὁ αὐτὸς οὕτω φησὶν "ἑνὸς ὄντος τοῦ υἱοῦ τοῦ ζῶντος λόγου, μίαν εἶναι δεῖ τελείαν καὶ πλήρη τὴν ἁγιαστικὴν καὶ φωτιστικὴν ζωήν, οὖσαν ἐνέργειαν αὐτοῦ καὶ δωρεάν, ἥτις ἐκ πατρὸς λέγεται ἐκπορεύεσθαι." Κύριλλος δ' ὁμοίως καὶ αὐτός "καὶ ὁ υἱός ἐστι" φησὶν "ἡ ζῶσα καὶ οὐσιώδης ἐνέργεια καὶ δύναμις καὶ σοφία τοῦ πατρός. ἐνέργεια καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον". ἐνέργεια λέγεται καὶ ἡ ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἐνοῦσα φυσικὴ δύναμις, ὡς τὸ θερμαντικὸν τῷ πυρὶ καὶ τὸ ψυκτικὸν τῇ χιόνι καὶ τὸ αἰσθητικὸν τῷ
40 ζῴῳ, καὶ τῷ ἐνεργοῦντι τὸ ἐνεργητικόν. λέγεται καὶ τὸ τῆς

altioris cognitionis illius referre conamur, minime mirari debemus. haec enim plerumque etiam divinis patribus libera fuit licentia.

Cum etiam alia plurima quae proferam mihi suppetant, aperta et quae ita ut refutari non possint, probent, cum essentia idem esse divinam efficientiam, et universam efficientiam etiam ipsius eius efficientiam, propter multitudinem omitto, cum haec sufficere putem huic colloquio extemporali. dicentur igitur fortasse etiam postea progrediente de tali efficientia oratione. nunc autem demonstrandum est, quomodo adscita definitione divini patres et filium et spiritum sanctum vocent efficientiam et eorum ipsorum efficientiam, utrumque accommodate. atque de filio quidem Athanasius divinus ita dicit: non dubium est, quin ille sit patris viva voluntas, et ad essentiam pertinens efficientia, et ratio vera. de spiritu autem idem ita loquitur: cum unus sit filius ratio viva, unam oportet perfectam et plenam esse vitam illam sanctificam et lucentem, cum sit efficientia eius et dos, quae a patre dicitur proficisci. Cyrillus autem simili modo et ipse, et filius, inquit, est viva et essentiae similis efficientia et vis et sapientia patris, efficientia etiam filii est spiritus sanctus. efficientia dicitur etiam vis, quae cuique rei a natura inest, ut vis calefaciendi

ἐνεργητικῆς δυνάμεως ἀποτέλεσμα ἐνέργεια καὶ ἔργον καὶ ἐνέργημα, ὡς ἔργα καὶ ἐνέργειαι θεοῦ γῆ καὶ οὐρανὸς καὶ τὰ ἐν τούτοις· φησὶ γὰρ ὁ θεῖος ἐκ Δαμασκοῦ Ἰωάννης ὡς ἡ ἐνέρ- f. 141 r. γεια καὶ ἐνέργημα λέγεται, καὶ τοὐναντίον ἐνέργεια τὸ ἐνέργημα, ὡς καὶ τὸ κτίσμα κτίσις. καθ' ὃ σημαινόμενον καὶ τὸν οἶκον ἐνέργειάν φαμεν τοῦ οἰκοδόμου, καὶ τοῦ ναυπηγοῦ τὴν ὁλκάδα. ἐνέργεια λέγεται καὶ ἡ πρὸς τὰ ἐνεργούμενα κίνησις, σχέσις τις οὖσα καὶ μεταξὺ θεωρουμένη τοῦ τε δημιουργοῦντος καὶ τῶν δημιουργουμένων, καθάπερ ἡ τοῦ οἰκοδόμου πρὸς τὸ οἰκοδομούμενον καὶ τοῦ ναυπηγοῦ πρὸς τὸ πλοῖον. ἣ καὶ συμβεβηκὸς οὖσα καθ' αὑτὴν συγκαταλήγει τῇ τῶν ἄκρων λήξει καὶ οὐκέτι ἐστὶν οὐδέν. περὶ ἧς καὶ ὁ θεολόγος ἔφη ὁ θεῖος Γρηγόριος ὡς ἐνεργηθήσεται καὶ οὐκ ἐνεργήσει, καὶ ὁμοῦ τῷ ἐνεργηθῆναι παύσεται, καθάπερ καὶ ἡ μεταξὺ τοῦ ὁρωμένου καὶ τοῦ ὁρῶντος ὅρασις καὶ ἡ μέσον τοῦ γευομένου καὶ τοῦ γευστοῦ γεῦσις. καὶ ὁ Νυσσαέων δὲ θεῖος Γρηγόριος μὴ δύνασθαί φησιν ἐνέργειαν ἀπεργαστικήν τινα πράγματος αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς συστῆναι, μή τινος ὑποδεχομένου τῆς ἐνεργείας τὴν κίνησιν. ἀναγκαίαν γὰρ ἔχειν ταῦτα τὴν σχέσιν πρὸς ἄλληλα τήν τε ἐνεργητικὴν καὶ τὴν παθητικὴν δύναμιν. ὧν εἰ χωρισθείη τῷ λόγῳ τὸ ἕτερον, οὐκ ἂν ἐφ' ἑαυτοῦ συσταίη καὶ τὸ λειπόμενον· εἰ μὴ γὰρ καὶ τὸ

igni inest, et frigerandi nivi, et sentiendi animali, et efficiendi efficienti. etiam efficientis vis perfectio dicitur efficientia et factum et effectum, ut facta et efficientiae dei dicuntur terra et coelum et quae in iis versantur. ait enim divinus Ioannes Damascenus: efficientia etiam effectum dicitur, et ex contrario effectum efficientia, ut etiam creatum creatio, secundum quam significationem etiam domum dicimus efficientiam architecti et navium aedificatoris navem onerariam. efficientia dicitur etiam moveri ad ea, quae efficiuntur, et est ratio quaedam quae intercedit inter efficiens et effectum, ut architectus ad aedificium accedit, et navium aedificator ad navem, quae motio cum accidens sit per se cum extremorum fine desinit, neque est iam quidquam. de qua etiam divinus Gregorius, theologus ille, ait: efficietur neque vero efficiet, et simulatque effecta est, desinet, ut etiam visus, qui inter visum et videntem intercedit, et inter gustantem et gustatum gustatus. et divinus Gregorius Nyssaeus dicit, non posse efficientiam ullam rei efficacem ipsam in se constare, nisi quid recipiat efficientiae motionem. haec enim habere necessariam rationem inter se, activam et passivam vim: quorum si secernatur ratione alterum, non in se constet etiam reliquum; etenim si non sit etiam res patiens,

41 πάσχον εἴη, τὸ ἐνεργοῦν οὐκ ἔσται. ἐνέργεια λέγεται καὶ ἡ πρὸς φαντασίαν ἀντιδιῃρημένη ἀλήθεια κατὰ τὸν θεῖον Κύριλλον, ὡς ἐνῴκησεν ὁ θεῖος λόγος ἐν τῇ πανάγνῳ θεοτόκῳ οὐ δοκήσει ἀλλ' ἐνεργείᾳ εἴτουν ἀληθείᾳ. ἐνέργεια λέγεται κατὰ τὸν θεῖον ἐκ Δαμάσκου Ἰωάννην καὶ τὸ πρῶτον ἐν ἡμῖν συνιστάμενον νόημα, καὶ ἔτι ἡ διὰ γλώττης τῶν νοουμένων φανέρωσις. σύνηθες δ' ἔτι, φησί, καὶ τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ τὴν τοῦ θεοῦ παραχώρησιν λέγειν ἐνέργειαν. λέγεται καὶ πλάνης ἐνέργεια ὥσπερ καὶ δαιμόνων, καθὰ καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐν ταῖς περὶ ἀκαταλήπτου λόγοις ὑπὲρ τῶν ἐνεργουμένων εὔχεσθαι παραινεῖ, τῶν δαιμονώντων δηλαδὴ καὶ μεμηνότων. καὶ Παῦλος δὲ "ἀνθ' ὧν" φησὶ "τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἐδέξαντο, πέμψει αὐτοῖς ἐνέργειαν πλάνης εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτούς." ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ ζώου πᾶσαν οἰκονομίαν ἐνέργειαν οἱ ἅγιοι φασίν, εἴτουν τὰς ζωτικὰς δυνάμεις τάς τε νοερὰς καὶ αἰσθητικάς.

42 Τοσούτων δή σοι προκειμένων σημαινομένων ἅπερ ἡ τῆς ἐνεργείας ὁμώνυμος οὖσα σημαίνει φωνή, πῶς παρατρέ-
f. 141 v. χων ἁπάντων τὴν γνῶσιν καταφεύγεις ἐφ' ἅπερ οὐκ ἔστιν ἐν ταῖς γραφαῖς, καὶ λέγειν συκοφαντεῖς τὰς γραφὰς τὰ τοιάδε; ποῦ γὰρ διαφέρειν ὅλως φησὶν ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης τῆς ἀκτίστου φύσεως τὴν ἄκτιστον ταύτης ἐνέργειαν,

res efficiens non erit. efficientia dicitur etiam visioni opposita veritas secundum divinum Cyrillum, ut versata est ratio divina in sanctissima virgine (dei matre), non specie sed efficientia sive veritate. efficientia dicitur secundum divinum Ioannem Damascenum etiam prima in nobis constans cogitatio, et porro declaratio cogitatorum quae lingua efficitur. consuetudo porro, inquit, etiam divinae scripturae, etiam dei indulgentiam dicere efficientiam. dicitur etiam erroris efficientia ut etiam daemonum; ut etiam divinus Chrysostomus in iis quas de incomprehensis scripsit orationibus ut pro effectis oremus suadet, dementibus nimirum et furentibus. atque Paulus, quia, inquit, veritatem non acceperunt, mittet iis efficientiam erroris usque dum crediderint. sed etiam totam animalis administrationem et dispensationem efficientiam sancti vocant, sive vivendi vires, et intelligendi et s.ntiendi.

Cum igitur tot significationes tibi propositae sint, quas significat vox, eodem atque efficientia nomine praedita, qui tu praetermissa omnium cognitione confugis ad eas, quae in scripturis non reperiuntur, et scripturas talia dicere falso criminaris. ubi enim differre omnino dicit Ioannes Damascenus ab increata natura increatam eius

ὥσπερ σὺ διαβάλλεις ἀναίδην συκοφαντῶν; χαρακτηρίζειν μὲν γὰρ ἀκηκόαμεν, διαφέρειν δ' οὐδαμῇ τὸν θεῖον ἄνδρα ἐκεῖνον εὑρίσκομεν λέγοντα. εἰ δὲ τὸ χαρακτηρίζειν αὐτὸς ἀντὶ τοῦ διαφέρειν λαμβάνεις, ὥρα σοι λοιπὸν καὶ χαρακτῆρα τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν τῆς γραφῆς ἀκούοντι λεγούσης, ἀνόμοιον τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ κηρύττειν καὶ ἀνούσιον καὶ σφόδρα διάφορον τὴν φύσιν. ἀλλ' ὡς ἔοικε, τὸ φύσει κακὸν ὡς εἰπεῖν, καὶ τὰ τῆς διανοίας ἅπαξ καίρια νενοσηκὸς καὶ τῶν θείων ἐπισφαλῶς ἀπερρωγὸς διὰ ταῦτα δογμάτων, χρόνῳ τὴν ἕξιν οὐκ ἄν ποτ' ἀποτρίψασθαι δύναιτο, ὅτι μὴ καὶ τὴν ἔσθ' ὅτε τοῦ καλοῦ προσποίησιν τάχιστα ἀποσείεται, πράγμασιν αὐτοῖς ἐλεγχόμενον, παλινδρομούσης τῆς φύσεως καὶ ἀναλαμβανούσης ἐκ τοῦ ῥᾴστου τὸ γνήσιον. καὶ σύ γε μὴν ἐν 43 μὲν τῷ γραφικὰς μαρτυρίας προσποιεῖσθαι κομίζειν, οὐχ ὑγιῶς δ' οὖν, τὴν αὐτὸς σαυτοῦ γε ἀμαθίαν ἑκὼν ἐξελέγχεις, ἐν δὲ τῷ καὶ πρὸς ἐπισφαλῆ καὶ δυσσεβῆ διάνοιαν αὐτὰς διαστρέφειν τὴν οἰκείαν ἔτι θεατρίζεις κακόνοιαν. οὐκέτι γὰρ ἀνέλεγκτον ἐς τά γε τῆς ψυχῆς μυστήρια καθευδήσειν ἐλπίζεται τὸ τῆς κακίας ἀπόρρητον ἄγος· ἐξερρύηκε γὰρ καὶ διαπεφοίτηκεν ἐς ἡλίου αὐγὰς καὶ ἅμα ἐς μυκτῆρα καὶ χλεύην θεάτρου μεστὴν κωμικοῦ. καὶ ἣν μὲν ἐδίωκες ἀπολώλεκας δόξαν πρὸς ἀδοξίαν μετενεγκών· ἣν δ' ἐκάλυπτες αἰσχύνην

efficientiam, sicut tu haec pervertis impudenter criminatus? etenim explicari quidem naturam ab ea audivimus, differre autem eam nusquam invenimus dicentem illum divinum virum. iam vero si tu quidem illam naturae explicationem pro differentia accipis, iam est tibi reliquum, cum audias scripturam dicentem explicationem patris esse filium, ut dissimilem filium patri enunties, et quod ad naturam attinet essentia carentem et valde diversum. sed, ut videtur, quod a natura pravum est, ut ita dicam, et semel periculoso mentis morbo affectum et propterea divinis dogmatis abruptum est in errorem, tempore delere habitum haud scio an nunquam possit, non magis quam interdum habitum pulchri ex poesi pellere potest, celerrime decutitur re ipsa detectum, cum natura redeat et recipiat facillime germanum. et tu quidem simulando te afferre testimonia scripta, insane quidem, ipse stultitiam tuam ultro detegis, quae cum etiam in sententiam vagam et impiam pervertas, iam improbitatem tibi propriam publice exponis. neque enim iam celatum quod ad animi mysteria attinet se dormiturum sperat pravitatis scelus secretum. emanavit enim et divulgata est in solis radios simulque in ludibrium et cavillationem theatri comici frequentem, et gloriam quam assequi studebas perdidisti mutatam

αὐτὸς σαυτοῦ, ταύτης ἤδη τὰ ἀνακαλυπτήρια θύων ὥσπερ ἐν Διονυσίων πομπαῖς οὐκ αἰσθάνῃ.

44 Ὁ δὲ Παλαμᾶς οὐδὲν πρὸς ταῦτα ἀποκρινάμενος ἑτέραν ἐβάδισε, τοῦτο δὴ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ. "εἶτα οὐχ ὁ μέγας" φησὶ "Βασίλειος ἐκ τῶν ἐνεργειῶν τοῦ θεοῦ φάσκει γνωρίζειν ἡμᾶς τὸν θεόν; αἱ γὰρ ἐνέργειαι αὐτοῦ, φησίν, πρὸς ἡμᾶς καταβαίνουσιν, ἡ δ' οὐσία αὐτοῦ μένει ἀπρόσιτος. ταύτας οὖν τὰς ἐνεργείας ἔχει ὁ θεὸς ἄλλος ὢν ἄλλας οὔσας καὶ ἀκτίστους· αὗται γάρ εἰσιν αἱ πρόνοιαι, αἱ πρόοδοι, τὸ ἄπειρον, τὸ ἄτρεπτον, τὸ ἁπλοῦν, τὸ ἄναρχον, τὸ ἀτελεύτητον, ἡ σοφία, ἡ δύναμις καὶ τὰ τοιαῦτα, ἄλλα μὲν ὄντα παρὰ τὴν οὐσίαν, ἄκτιστα δέ· ἄλλο γὰρ τὸ ἔχον καὶ ἄλλο
f. 142 r. τὸ ἐχόμενον καὶ διάφορον."

45 Πρὸς ταῦτα ὁ Γρηγορᾶς ἀποκριθεὶς "ἴδιόν σοι τοῦτο" φησιν, "ὦ ἄνθρωπε, γνώρισμα, μηδὲν πρὸς ἔπος ἀποκρίνεσθαι, ἀλλ' ἀνθ' ἑτέρων παρεισάγειν ἕτερα, ἡμιτελῆ τὰ ἀναγκαιότερα καταλιμπάνοντα καὶ ἀσαφῆ καὶ ἀνεπεξέργαστα καὶ ἀμάρτυρα. ὅμως μικρὰ καὶ περὶ τῶν νῦν σοι λεχθέντων φθεγξάμενος ἀπαλλάξομαι. εἰ ἄλλο τὸ ἔχον καὶ ἄλλο τὸ ἐχόμενον καὶ διάφορον, καὶ τὸ μὲν ἔχον οὐσία τὸ δὲ ἐχόμενον οὐκ οὐσία κατὰ σέ, ἀνούσιον ἄρα τὸ ἐχόμενον. καὶ εἰ ἡ οὐσία θεός, τὸ ἀνούσιον ἄρα οὐ θεός, ἡ ἐνέργεια δηλαδή. καὶ σύνεστι λοιπὸν ἐξ ἀιδίου τῇ θείᾳ καὶ ἀκτίστῳ οὐσίᾳ ἡ

in infamiam, quod autem velabas ipse, dedecus tuum, eius iam sacra revelationis facere te tanquam in Dionysiorum pompis non sentis.

Palamas autem nihil ad haec respondens aliam iniit viam, ut erat eius mos. nonne magnus, inquit, Basilius ex efficientiis dei dicit nos cognoscere deum? efficientiae enim eius, ait ille, ad nos descendunt, essentia autem eius manet inaccessa. has igitur efficientias habet deus, qui alius est, alias et increatas, hae enim sunt providentiae, sunt eventus, porro infinitum, immotum, simplex, initio et fine carens, sapientia, vis taliaque, quae omnia alia quidem sunt atque essentia, sed increata. aliud enim est quod habet, aliud quod habetur, et diversum quidem.

Ad haec Gregoras respondens, proprium, inquit, hoc tibi, amice, est signum, ut nihil quod ad rem pertineat, respondeas, sed pro aliis alia adducas imperfecta, omissis iis, quae magis necessaria sunt, et obscura et inexculta et testimoniis carentia. tamen pauca etiam de iis, quae nunc a te dicta sunt, loquutus discedam. si aliud est quod habet, aliud quod habetur et diversum, ac si quod habet est essentia, quod autem habetur non est essentia se-

ἀνούσιος αὕτη καὶ διάφορος ἐνέργεια. καὶ ἅμα δυὰς ἡ πάν-
των ἀρχή σοι γίνεται, τὸ ἀτοπώτατον, ἑαυτῆς διαφέρουσα
καὶ ἀιδίως ἑαυτῇ μαχομένη. ἀλλ' ὁ θεῖος Μάξιμος "οὐ συν- 46
θεωρεῖσθαι ἢ συνεπιθεωρεῖσθαι δύναταί τι" φησὶ "τῷ θεῷ
κατ' οὐσίαν διάφορον ἐξ ἀιδίου, οὐκ αἰών, οὐ χρόνος, οὐδέ
τι τῶν τούτοις ἐνδιαιτωμένων· οὐ γὰρ συμβαίνουσιν ἀλλή-
λοις πώποτε τὸ κυρίως εἶναι καὶ οὐ κυρίως". καὶ πάλιν ἄπει-
ρον εἶναι δυάδα οὐδαμῶς ἐνδέχεται· αἱ γὰρ κατ' αὐτὴν
μονάδες ἀλλήλαις κατὰ παράθεσιν συνυπάρχουσαι ἀλλήλας
ὁρίζουσιν, εἰ δὲ τοῦτο, οὐδ' ἄναρχον· ἀρχὴ γὰρ πάσης
δυάδος μονάς. εἰ δὲ μὴ ἄναρχον, οὐδ' ἀκίνητον· κινεῖται
γὰρ τῷ ἀριθμῷ ἐκ μονάδων καθ' ἕνωσιν, τὸ δὲ κινούμενον οὐκ
ἀρχὴ ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς, δηλαδὴ τοῦ κινοῦντος. μονὰς δὲ μόνη
κυρίως ἀκίνητος. πεπερασμέναι σοι ἄρα. καὶ ὑπ' ἀρχὴν αἱ
θεότητες, ἄνθρωπε· καὶ εἰ τοῦτο, διαστήμασι τοπικοῖς τε
καὶ χρονικοῖς δεδουλεύκασιν. κτίσμασιν ἄρα λατρεύων αὐτὸς
ἐλελήθεις. ἔτι εἰ κατὰ σὲ ἕτερον οὐσία καὶ ἕτερον θεὸς ὁ 47
τὴν οὐσίαν ἔχων καὶ διάφορος τῆς οἰκείας οὐσίας, ἔστιν ἄρα
θεὸς ἀνούσιος καὶ οὐσία θεοῦ ἄθεος. φησὶ γὰρ καὶ ὁ Νυσ-
σαέων Γρηγόριος "εἰ τὸ ἀγαθὸν ὄν, τὸ πονηρὸν οὐκ ὄν· εἰ
δὲ τὸ πονηρὸν ὄν, τὸ ἀγαθὸν οὐκ ὄν, κατὰ τὸν τῶν ἀμέσων

cundum te, essentiae est expers quod habetur, ac si essentia est deus, id igitur quod essentia caret non est deus, efficientia nimirum, et coniuncta est iam semper et ex omni aeternitate divinae et increatae essentiae haec essentia carens et diversa efficientia, simulque principium omnium tibi evadit dyas ineptissime a se ipsa differens et semper secum pugnans. sed Maximus divinus, non potest, inquit, cogitando dari aut attribui quidquam deo, quod sit ab eius essentia diversum, ex omni aeternitate non aevum, non tempus, neque quidquam eorum quae in his versantur; neque enim accommodantur sibi invicem unquam id quod proprie aliquid est et quod non proprie. et rursus infinita esse dyas nullo modo potest; monades enim in ea ex comparatione compositae se invicem definiunt: sin autem hoc est, non est illa principii expers; principium enim dyadis omnis est monas. quodsi illa non est principii expers, eadem non est immota. movetur enim numero ex monadibus ad consociationem, quod autem movetur non est principium, sed movetur ex principio nimirum movente. monas autem sola proprie est immota. subiectae igitur tibi sunt, amice, etiam sub principium divinitates, quodsi hoc est, mensuris locorum et temporum inserviunt, creata igitur colis imprudens. iam vero si ex tua sententia aliud est essentia, aliud deus qui essentiam habet et diversus est a sua ipsius essentia, est igitur deus inessentia-

ἐναντίων λόγον." ὥστε πολυθεΐαν ἀγωνιζόμενος συνιστᾶν
ἑάλως καὶ ἀθεΐαν νοσῶν, τὰ ἐκ διαμέτρου κακά· καὶ πέπ-
τωκε διὰ βραχέων τὰ τῶν σῶν ἀκροπόλεων ὀχυρώματα, ἐφ'
οἷς ἐπεποίθεις. ἔτι μὴν ἐπειδή περ ἄλλο φῂς εἶναι τὸ ἔχον,
ἄλλο δὲ τὸ ἑκτὸν καὶ διάφορον, φαίης ἂν καὶ ἄλλο μὲν ἐξ
ἀνάγκης εἶναι τὸν θεόν, ἄλλο δὲ τὴν ὕπαρξιν αὐτοῦ· λέγε-
f. 142 v. ται γὰρ ὁ θεὸς καὶ οὐσίαν ἔχειν καὶ ὕπαρξιν. ἔσται ἄρα
48 κατὰ σὲ θεὸς ἀνύπαρκτος καὶ ὕπαρξις θεοῦ ἄθεος. καὶ περὶ
τῆς ἐνεργείας δ' ὁμοίως λεκτέον καὶ ἐρωτητέον, εἰ ἡ ἐνέργεια
ἔχει ἐνέργειαν ἄλλην. εἰ γὰρ ἔχει, δύο ἄρα· καὶ εἰ δύο,
διάφορα πάντως· ἄλλο γὰρ δεῖν εἶναι ἔφης τοῦ ἐχομένου τὸ
ἔχον. καὶ γίνεταί τις τερατόμορφος ἐνεργοενέργεια. εἰ δὲ μὴ
τοῦτο, οὐκ ἂν εἴη τὴν ἐνέργειαν ἔχειν ἐνέργειαν. καὶ συμ-
βήσεται τὴν τοιαύτην ἐνέργειαν ἀνενέργητον εἶναι. τὸ δ'
ἀνενέργητον καὶ ἀνύπαρκτον καθ' ἣν βωμολοχήσας προὔθη-
κας θέσιν τε καὶ πρότασιν αὐτός. τὸ γὰρ μὴ ἔχον, ἔφης,
ἐνέργειαν οὔτ' ἔστιν οὔτε τί ἐστιν. οὔτ' ἔστι παντελῶς αὐ-
τοῦ θέσις, καὶ ἀπόλωλέ σοι τὸ σπούδασμα δι' ὀλίγου καὶ τῆς
μοχθηρᾶς γεωργίας ὁ στάχυς, ἢ ἐς ἀνύπαρκτον ἡμᾶς δογμα-
49 τίζοντι πιστεύειν ἢ εἰς σύνθετον θεότητα. ἐναντιοῦνται γάρ
σοι καὶ ὁ θεῖος Κύριλλος, ἄτοπον εἶναι φάσκων τὸ λέγειν

lis et essentia dei divinitate destituta. ait enim etiam Gregorius Nyssaeus: si bonum est, pravum non est: sin autem pravum est, bonum non est, secundum eam rationem, quod contraria componi non possunt. itaque cum multos deos componere contenderes, deprehensus es etiam ex negatione unius dei aegrotans, quae sunt maxime opposita mala, et conciderunt parvis arcium tuarum castella et munitiones, quibus confisus eras. deinde autem quoniam aliud dicis esse quod habet, aliud quod habetur et diversum, fortasse dices etiam aliud esse necessario deum, aliud eius substantiam. dicitur enim deus et essentiam habere et substantiam. erit igitur ex tua sententia deus non substantialis, et substantia dei divinitate destituta, et de efficientia idem dicendum erit et quaerendum, num efficientia habeat efficientiam aliam, etenim si habet, sunt igitur duo, ac si duo, diversa omnino; aliud enim oportere esse dicebas atque id quod habetur id quod habet, et oritur quaedam mirum in modum formata efficientiae efficientia; sin autem hoc verum non est, non potest efficientia efficientiam habere, et sequetur ut efficientia eiusmodi sit inefficax. quod autem inefficax est, etiam est non substantiale, secundum eam, quam tu ipse nugatus proposuisti, thesin et protasin. efficientiam enim, ais, non habens neque est neque quidquam est: immo omnino non est thesis tua et brevi interiit tibi opera, et agri aerumnose culti spica, qui

τοιαύτην ἔχειν τὸν θεὸν τὴν γνῶσιν ὁποίαν καὶ ἡμεῖς· εἰ γὰρ [ὥσπερ] ἡμεῖς, ἕτερον μέν τι ἐστὶν ἑτέρα δέ τις παρ' αὐτὸν ἡ ἐν αὐτῷ γνῶσις, σύνθετος ἔσται καὶ οὐχ ἁπλοῦς. ἔτι ἐπείπερ ἡ θέλησις τοῦ θεοῦ ἐκτὸν καὶ διάφορον κατὰ σὲ τῆς οὐσίας ἐστίν, ἔσονται ἄρα τρεῖς ἐπὶ Χριστοῦ θελήσεις, μία μὲν αὐτὸς ὁ υἱός, θέλησις ὢν τοῦ πατρὸς κατὰ τοὺς θείους πατέρας, δευτέρα δ' ἣν ὁ υἱὸς ἔχει διάφορον ἑαυτοῦ κατὰ σέ, καὶ τρίτη ἡ τῆς ἀνθρωπότητος. ὃ καὶ τῆς τῶν μονοθελιτῶν δυσσεβείας ἀτοπώτερον. ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἀσεβεῖς διαῤῥήδην καλεῖ τοὺς μὴ δεχομένους βούλησιν αὐτὸν εἶναι τὸν υἱόν, ἀσεβὴς αὐτόχρημα καὶ κατὰ τοῦτο σὺ τὰ ἐκείνων φρονῶν. περὶ γὰρ τῆς ἀρχομένης καὶ παυομένης θελήσεως εἴρηται ἡμῖν ἀνωτέρω βραχύ, καὶ οὐ χρεία διεξιέναι νῦν τῶν προκειμένων σαφῶς ἀνθελκόντων. ἔτι εἰ ἕτε- 50
ρον θεοῦ καὶ ἀλλήλων θεότης καὶ δύναμις καὶ σοφία καὶ ἁγιότης καὶ ἀγαθότης, καὶ διάφορον ἀεὶ ἕκαστον ἑκάστου, ζητητέον πῶς ἂν εἴη τοῦ θεοῦ ἕκαστον, εἰ διάφορον εἴη αὐτοῦ· καὶ πῶς ἓν ἑνὶ καὶ ἀλλήλοις ἄλληλα συμφωνήσει, διάφορα ὄντα ἀλλήλων· καὶ πότερον πρότερον τούτοιν ἂν εἴη, δυαδικῶς οὕτω προερχομένων, θεὸς ἄκτιστός τε καὶ ὁρατὸς κατὰ σέ· καὶ ποῦ τὸ τῆς πολυθεΐας στήσεται ταυτησί, κατὰ συζυγίαν οὑτωσὶ προχωρούσης ἀεὶ μετὰ τοῦ

censeas nos credere aut in non substantialem aut in compositam divinitatem. adversatur enim tibi etiam divinus Cyrillus, ineptum esse, dicens, contendere deum habere talem cognitionem qualem etiam nos. etenim si nos aliud quid sumus, alia autem atque ille cognitio quae in eo est, compositus erit neque vero simplex. iam quandoquidem voluntas dei aliquid est, quod habeatur et diversum sit ex tua sententia ab essentia, erunt igitur tres in Christo voluntates: una est filius ipse, voluntas nimirum patris secundum patres divinos, altera, quam filius habet diversam a se secundum te, tertia est voluntas naturae humanae, id quod etiam ineptius est impietate eorum, qui Christo unam tantum voluntatem naturamque tribuunt. cum autem etiam magnus Athanasius impios aperte vocat eos, qui negent filium ipsum esse voluntatem, impius profecto etiam secundum hoc tu cum illorum partem sequaris; de incipiente enim et desinente voluntate dictum est nobis supra breviter, neque opus est nunc persequi, cum opposita clare adversentur. iam vero si diversae sunt a deo et a se invicem divinitas et vis et sapientia et sanctitas et bonitas, et diversum semper quodque a quoque, quaerendum est quomodo sit quodque dei, si ab eo diversum sit: et quomodo unum uni et omnia omnibus consonent cum inter se diversa sint, atque num prior sit his, quae ita

ἀτελοῦς. εἰ γὰρ ἀλλήλων ἄλληλα διαφέρει, ἐστέρηται πάν-
f. 143 r. τως ἀλλήλων ἄλληλα καθ' ὃ διαφέρει, καὶ γίνεται δύνα-
μις μὲν ἄσοφος σοφία δ' ἀδύναμος, καὶ θεὸς ἄσοφος καὶ
ἀδύναμος, καὶ ἀεὶ κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον ἐστερημένα πάν-
51 των ἅπαντα καὶ δεόμενα ἀλλήλων ἄλληλα. φησὶ γὰρ καὶ ὁ
θεολόγος Γρηγόριος "τίς ἀτελοῦς θεότητος ὄνησις; μᾶλλον δὲ
τίς θεότης ἡ μὴ τελεία; τελεία δὲ πῶς ᾗ λείπει τι πρὸς τε-
λείωσιν; λείπει δὲ πάντως μὴ ἐχούσῃ τὸ ἅγιον. ἔχοι δ' ἂν
πῶς, μὴ τοῦτο ἔχουσα; εἰ γὰρ ἄλλη τις παρὰ τοῦτο ἡ ἁγιό-
της, καὶ εἴ τις αὕτη νοεῖται, λεγέτω· τίς". καὶ ὁ μέγας Βα-
σίλειος "εἰ φύσις αὐτῷ" φησὶν "ὁ ἁγιασμὸς ὡς πατρὶ καὶ
υἱῷ, πῶς τρίτης ἐστὶ καὶ ἀλλοτρίας φύσεως;" καὶ πάλιν
"ἀγαθὸν" φησὶ "τὸ πνεῦμα ὡς ἀγαθὸς ὁ πατὴρ καὶ ἀγαθὸς
ὁ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ γεννηθείς, οὐσίαν ἔχων τὴν ἀγαθότητα."
52 ὁρᾷς πῶς οὐχ ἕτερον τῆς ἁπλῆς καὶ θείας οὐσίας ἁγιότης
καὶ ἀγαθότης καὶ ἐνέργεια καὶ τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ ταὐτόν.
ἑλοῦ τοίνυν, ὦ καινὲ θεολόγε, τῶν ἀσεβειῶν ὁποτέραν ἐθέ-
λεις. ἀθεΐας γὰρ καὶ πολυθεΐας τὰ τοιαῦα φέρει σοι κρη-
μνόν, ὑπ' ἀλλήλων ἐλεγχόμενα καὶ κατ' ἀλλήλων στασιάζοντα.
τὸ μὲν γὰρ ἄνισον ἐν τοῖς πολλοῖς ἐλέγχει τὸ διάφορον καὶ
ἀσύμβατον τῆς πολυθεΐας· ἡ δὲ πολυθεΐα συμφυᾶ τὴν δια-

proveniant numero duali, deus increatus et visibilis secundum se, et quomodo multi dei hi, qui consociatione ita procedant semper constent cum imperfecto, etenim si omnia inter se differunt, orbata sunt se invicem illa quod ad differentiam attinet, et evadit vis insipiens, sapientia infirma et deus insipiens et infirmus, et semper simili ratione orba omnibus omnia, et carentia se invicem. ait enim etiam Gregorius theologus: quae divinitatis imperfectae utilitas, sive potius quae est divinitas, quae non sit perfecta, perfecta autem quomodo esse potest, cui desit aliquid ad perfectionem? deest autem omnino non habenti sanctum, quomodo autem habeat, si hoc non habet? etenim si alia atque hoc est sanctitas, ac si qua ea cogitatur, dicito, quae. et magnus Basilius, si sanctificatio ei, inquit, est natura ut patri et filio, quomodo tertiae est et alienae naturae? et rursus, bonus est, inquit, spiritus ut bonus pater et bonus is qui ex bono generatus est, essentiam habens bonitatem. vides non diversam a simplici et divina essentia esse sanctitatem et bonitatem et efficientiam et talia, sed eandem. elige igitur utrum, o theologe nove, impietatem malis; talia enim, per se invicem detecta et contra se invicem pugnantia tibi afferunt barathrum dogmatis nullius dei et multorum deorum. dissimile enim in plurimis detegit diversitatem et dissociationem multorum, dogma autem multorum deorum cum concretam ha-

φορὰν πρὸς ἑαυτὴν στασιάζουσαν ἔχουσα, πρὸς τὸν ἀντίπα-
λον τῆς ἀθεΐας ἀπροόπτως μεταβαίνειν κρημνὸν ἀναγκάζει,
καὶ καπνὸν φεύγοντας ἐμπίπτειν εἰς πῦρ, τὸ τῆς παροιμίας.
ἔπειτα πῶς τὸ ἄκτιστον καὶ πόθεν ἡ ἐνέργεια ἔσχεν; ἔξεστι 53
γὰρ ἡμῖν καὶ τὸ ἄκτιστον αὐτὸ πρὸς ἑαυτὸ κατὰ τὴν σὴν
ἐξετάζειν θέσιν· εἰ γὰρ αὐτόθεν εἴη τὸ ἄκτιστον ἄκτιστον,
οὐκ ἂν εἴη ἄκτιστον· κτιστὸν ἄρα τὸ ἄκτιστον, καὶ κτιστὴ
θεότης ἐξ ἀνάγκης ἡ ἄκτιστος ἐνέργεια· καὶ οὕτω σοι τὸ
σοφὸν ἠλίθιον ἀναπέφανται. εἰ δ' ἔξωθεν ἔχει τὸ ἄκτιστον εἶναι
τὸ ἄκτιστον, καὶ διάφορον πάντως· εἰ γὰρ οὐκ ἔστι διαφορὰ
πρὸς ἄκτιστον ἀκτίστου, οὐκ ἂν εἴη ἔχειν κατὰ σὲ ἄκτιστον.
ἢ γοῦν ἀνύπαρκτόν σοι γίνεται τὸ ἄκτιστον τοῦτο, ἢ δυοῖν
θάτερον, ἢ ἀκτιστόκτιστον ἢ ἀκτιστοάκτιστον καὶ πρὸς ἑαυτὸ
στασιάζον ἀνάγκη λέγεσθαι. γνώριμον γάρ, οἷς καὶ ὁπωσοῦν
λογικῆς μέτεστιν ἐπιστήμης, τῶν ὁμωνύμων εἶναι καὶ ἥκιστα
ἁπλῆν τὴν τοῦ ἔχειν φωνήν, καὶ μὴ μόνον τῇ τῶν ἔξω σο-
φῶν ἐπιστήμῃ δοκεῖν, ὅτι μὴ καὶ πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς τῶν θείων
τῆς ἐκκλησίας δογμάτων σοφοῖς διδασκάλοις. ὧν εἷς ἡμῖν f. 143 v.
εἰς διδασκαλίαν ἀποχρήσει τήμερον Ἰωάννης ὁ θεῖος ἐκ Δα-
μασκοῦ, ὃς ὀκταχῇ τὴν τοῦ ἔχειν ἡμῖν διαιρῶν σημασίαν,
κατ' οὐδένα γέ τινα τούτων τρόπον τῇ θείᾳ καὶ ἁπλουστάτῃ
ἐκείνῃ φύσει τὸ ἔχειν διδοὺς εὑρίσκεται. πῶς γὰρ οἱασοῦν 54

beat differentiam secum pugnantem ad contrarium negationis unius dei ex inopinato transire barathrum cogit: et ut cum fumum fugiamus in ignem secundum proverbium incidamus. deinde quomodo et unde efficientia accepit increatum, licet enim nobis etiam in ipsum increatum per se secundum tuam inquirere thesin: etenim si ex se increatum esset increatum, non esset increatum, increatum igitur est creatum et efficientia increata necessario est divinitas creata: et hoc modo sapientia tua visa est stultitia; sin autem extrinsecus increatum habet, ut sit increatum, etiam diversum est omnino. etenim si nullum est discrimen inter increatum et increatum, non potest ut tu vis increatum habere increatum, certe aut substantia carens tibi evadit increatum hoc aut alterutrum, aut increatocreatum, aut increatoincreatum, et secum pugnans necesse est vocari. notum est enim iis, qui quantulumcunque logicae sunt gnari, eorundem nominum esse et minime simplicem habendi vocem, et hoc non modo sapientum qui ex profanis sunt scientiae placere, sed multo magis etiam omnibus simul divinorum ecclesiae dogmatum praeceptoribus sapientibus, quorum unus nobis ad institutionem sufficiet hodie Ioannes divinus Damascenus, qui cum octies habendi nobis dividat significationem, nullo horum modo divinae et simplicissimae illi naturae vocem habendi tri-

